

[Liber quartus de septem sigillis]

[fol. 107 a] **INCIPIIT LIBER QVARTVS DE SEPTEM SIGILLIS.** *

Et¹ uidi cum aperuisset agnus, unum ex septem sigillis, audiui unum ex quattuor animalibus, dicens sicut uocem tonitruui. Et ecce equus albus et qui sedebat super eum habens arcum, et data est ei corona, et exiit uincens, ut uinceret. Et cum aperuisset sigillum secundum, audiui secundum animal dicens : Veni et uide. Et exiit alius aequus roseus, et sedenti super eum datum est tollere pacem de terra, et inuicem se occiderent. Et datus est ei gladius magnus. Et cum aperuisset tertium sigillum, audiui² tertium animal dicens : Veni et uide. Et ecce [fol. 107 b] aequus niger, et qui sedebat super eum habebat in manu sua statera[m]³. Et audiui uocem de medio quattuor animalium, dicentium : **Bilibris tritici denarii, et tres bilibres ordei denario. Vinum et oleum, ne leseris. Et cum aperuisset quartum sigillum, audiui quartum animal dicens : Veni et uide. Et ecce equus pallidus et qui sedebat super eum, nomen erat illi mors, et infernus sequebatur eum. Et data est ei potestas super quartam partem terrae, interficere gladio, fame⁴ bestias terrae** [Ap 6,1-8].

EXPLICIT STORIA LIBRI QVARTI DE QVATVOR AEQVORVM. ⁵

[fol. 107v°] : Page blanche.

[fol. 108] Libera⁶ me Do-mine De[us] Grauite-r, mala inpli-cant me, quero spem, indulgenciam, remedium ueniens nec corruat feliciter In die il[la], Ingeme-scite super me uniuersa helementa, lapsus crudeliter cecini miserabiliter misera me De-us meus. Quando Heu me miser infeli-x et per-cussus sum iniquitate-m, ignorans quod fugiam, parce Redemptor priusquam mors obse-rbeat, dumue L-ux inmarcescibilis, e-ri-pe me de tenebris, ne cadant in obscuris in penarum incendia Saeculum. Qualis pauor tunc ade-rit quando Deus iratus e-rit et infernus apparebit sulphur atque uermis trucidabunt peccatores. In die Vox de ce-lo o uos mor-rtui qui iacetis in sepu-lcris, surgite et occurrite ad iudicium Saluato-ris. Quando Celum et terram transibunt secretaque multa apertuerunt, Domine, Heu me pro do-lor, quid referam ante ta-ntum dominum Seculum

* **LÉGENDE : Caractères rouges :** • Les petites capitales grasses rendent les titres en capitales rehaussés de couleurs diverses – rouge, mais aussi jaune ou bleu. • Les petites capitales non grasses rendent les titres en capitales rouges. • Les grandes capitales grasses en corps supérieur rendent de grandes initiales rentrantes rehaussées de couleurs diverses. • Les caractères normaux rendent des caractères rouges normaux.

Caractères noirs : • Les petites capitales non grasses rendent les titres en capitales noires. • Les initiales grasses rendent des initiales noires rehaussées de jaune, de bleu ou de rouge. • Les textes en italiques représentent des citations du Livre de l'Apocalypse qui n'ont pas été transcrites en caractères rouges.

1. Initiale rehaussée de couleurs faiblement rentrante sur deux lignes.

2. audi séparé de ui par un défaut du parchemin.

3. m final gratté par erreur.

4. et gratté avant bestias.

5. Le bas de la colonne est resté blanc.

6. Cette prière, sans lien avec le texte de Beatus, est écrite en caractères de petites dimensions ; elle présente, à l'intérieur de nombreux mots, des coupures parfois importantes signalées ici par des tirets, et diverses majuscules que nous avons maintenues.

Tribulabitur ibi fortis et amara erit nunc dies illa Periz. Ihesu Domine qui uenisti redimere, miserere peccato, dum ueneris iudicare

[fol. 108v°-109] **Illustration : Ouverture des quatre premiers Sceaux** (Ap 6, 1-8) :

Registre supérieur, sur des bandes bleue et rouge : Partie gauche : dans un médaillon, l'Agneau nimbé tient le Livre scellé ; il appuie une patte sur un sceau : AGNUS PRIMUM SIGILLUM APERIT ; un ange volant au-dessus des nuages saisit le poignet de Jean : QUARTUS ANGELUS ; IOHANNES ; UENI ET UIDE.

Partie centrale : un cavalier monté sur un cheval blanc bande son arc contre un autre cavalier brandissant une épée sur un cheval rouge : EQUUS ALBUS ET QUI SEDEBAT SUPER EUM HABEBAT ARCUM.

Partie droite : dans un médaillon, l'Agneau ouvre un autre sceau : HIC APERIT SECUNDUM SIGILLUM ; un taureau ailé saisit le poignet de Jean : SECUNDUM ANIMAL ; UENI ET UIDI ; IOHANNES.

Registre inférieur, sur des bandes verte et jaune : Partie gauche : dans un médaillon, l'Agneau ouvre un autre sceau : HIC APERIT AGNUS TERTIUM SIGILLUM ; le Lion ailé pose une patte sur une main de Jean : PRIMUM ANIMAL ; UNUM DE ANIMALIBUS DICIT IOHANNI UENI ET UIDE.

Partie centrale : un cavalier sur un cheval noir tient une balance : EQUUS NIGER ET QUI SEDEBAT SUPER EUM HABEBAT STATERAM ; en face, un autre cavalier est monté sur un cheval gris clair : MORS ; EQUUS PALLIDUS ET QUI SEDEBAT SUPER EUM ; NOMEN ILLI MORS ET INFERNUS SEQUEBATUR EUM.

Partie droite : dans un médaillon, l'Agneau ouvre un autre sceau : AGNUS HIC APERIT QUARTUM SIGILLUM ; l'Aigle ailé saisit la main de Jean : TERTIUM ANIMAL ; IOHANNES ; UNUM DE ANIMALIBUS DICIT IOHANNI UENI ET UIDE.

[fol. 109v°] : Page blanche.

[fol. 110] : Page blanche.

[fol. 110v° a] **INCIPIT EXPLANATIO LIBRI QVARTI DE EQVO ALBO.**

Aperto ⁷ primo sigillo, cum dicat se uidisse equum album et aequitem et coronam et habentem in manu arcum. Hoc enim primo factum est. Postquam enim ascendit in celum Dominus, et aperuit uniuersa, misit Spiritum Sanctum cuius uerbo predicatoribus tamquam sagittę ad cor humanum pergentes, euincerent incredulitatem. Corona autem super caput, predicatoribus est repromissa per Spiritum Sanctum. Ideoque ait: Vnum de animalibus dixisse, quia omnia quattuor, unum sunt. Veni et uide. Veni dicitur inuitato ad fidem. Vide dicitur ei qui non uidebat. Ergo equus albus uerbum est predicationis, cum Spiritu Sancto in orbem missum. Ait enim Dominus: Predicabitur hoc euangelium per totum orbem terrarum, in testimonium omnibus gentibus, et tunc ueniet finis. **Et cum aperuisset sigillum secundum, audiui secundum animal dicens: Veni et uide. Et exiit alius aequus roseus, et sedenti super eum datum est tollere pacem de terra, et inuicem se occiderent, et datus est ei gladius magnus** [Ap 6,3-4]. Equus roseus, et qui sedebat super eum [fol. 110v° b] habens gladium, bella sunt significata

7. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur trois lignes.

futura, sicut in euangeliis legimus : Surget enim gens contra gentem et regnum aduersus regnum, et erunt terremotus magni. Gens quod dicit contra gentem, id est populus surgit contra populum. Regnum uero aduersus regnum, id est Aecclesia⁸ aduersus Aecclesiam, quia illi qui sub nomine religionis Aecclesiam simulant, semper contra Eecclesiam pugnant. Hii in equo roseo sedent ; et contra uictricem⁹ in equo albo uincemque Aecclesiam exeunt, et pugnant contra eam. Quia cum eis scribuntur, qui aperte sanguinem innocentem fundunt. Sic generaliter in equo roseo in spetie absconduntur ; que in uno membro, aequus roseus nuncupantur. Hic aequus populus sinister dicitur, et sessor eius¹⁰ diabolus¹¹ sanguinolentus. Quamuis et apud prophetam Zachariam aequum Domini roseum dicat, id est omne corpus martyrum, sed ille suo sanguine est rubeus, iste uero alieno cui datus est gladius magnus, tollere pacem de terra. Reuera suam pacem tollere, quia spem suam in terram habet. Eecclesia uero, eternam pacem quam ei Christus reliquit, accepit cum dicit : Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis, non quomodo mundus dat pacem, do uobis. Gladium autem generaliter in omnes dicit, non solum aperte in occisione, sed etiam spiritualiter unus alterum per exemplum mortis occidit. Peccatum enim mors, siue in eos quos in [fol. 111 a] morte, siue quos in uitam interficit. Et terra diaboli, id est corpus eius inuicem multiformiter occidit, dum ad mortalia alter alterum prouocat. Sequitur et describit speties ipsius gladii intus ac foris. **Et cum aperuisset tertium sigillum, audiui tercium animal dicens : Veni et uide. Et ecce equus niger, et qui sedebat super eum, habebat in manu sua stateram. Et audiui uocem de medio quattuor animalium dicentium : Bilibris tritici denario, et tres bilibres ordei denario, uinum et oleum ne leseris [Ap 6,5-6].** Equus niger famem significat intra Eecclesiam spiritalem, eo quod per malos prepositos uerbum predicationis paruulis minime prebeatur. Sicut scriptum est : Paruuli petierunt panem, et non erat qui frangeret eis. Et quia Dominus suam Aecclesiam per mundum habet diffusam, ut eam semper ostenderet, ait : Erant fames per loca. Proprie autem extenditur uerbum usque ad Antichristi tempus¹², quando grandis famis est futura, quando et omnes ledentur. Statera autem in manu libra examinis, in qua singulorum meritum ostendet, id est iusticie simulatione, cum foras ostendit quod intus non habet. Ait enim : *Vinum et oleum ne leseris [Ap 6,6].* Dum autem in medio animalium dicitur ne leseris, ostenditur illic intra Aecclesiam esse simulationem sanctitatis, qui Aecclesiam spiritualiter ledit, quia infirmas¹³ mentes ad suam sectam perducit. [fol. 111 b] Cum enim dicit ne leseris, ac si dicat, hominem spiritalem ne plagis percusseris. Describit¹⁴ enim misterium facinoris, et spiritalia nequitia in celestibus, quibus non permittitur, neque in se propter alios, neque in aliis obseruantibus uirtutem sacramentorum posse uiolare. Oleum uero et uinum, unctionem et sanguinem Domini dicit : In quem fuerit¹⁵, ledi minime potest. In tritico autem et ordeo, Aecclesiam dixit

8. m final gratté.

9. Uictricem obtenu par grattage de deux lettres et surcharge.

10. Sessore suo corr. en sessor eius.

11. s final ajouté en interligne.

12. tempore corr. en tempus.

13. infirmitas corr. en infirmas.

14. describet corr. en describit.

15. de ajouté de la même main en interligne au-dessus de fuerit.

siue in magnis siue in minimis, id est siue in episcopis et in populis, non est autem minus una in libris a tribus. **Bilibra** enim unus modius est. Et tres bilibre ¹⁶ tres modii sunt, qui et in unione perfectio est, et in trinitate similiter. Sic Dominus in farine mensuræ satis tribus, id est tribus semodiis, fermentum dicit absconditum. Quod si hoc in misterio non esset, non debuerat dicere absconditum. Nec per alium euangelistam, farinae mensuram nominaret. Ostendit fermentum, id est doctrinam, ex modico omnem populum sacri numeri quod est trinitatis implere. Sed et pretium docet, unum esse triticum, atque ordeum. Si enim pusilli sunt et magni, quod merito in sanctitate unus precellet alterum, utriusque uno denario, id est perfecto pretio redempti sunt; quod si gratia ¹⁷ per spiritum donationis discernuntur, praetium tamen equat et meritum. [111v° a] siue magnos et minimos, id est episcopos et populos, unum corpus ostendit. Apostoli aetiam in ordeo figurati sunt, cum reliquie operum Christi fuissent duodecim cofini qui sunt corpus prepositorum, id est apostolorum et omnium episcoporum, qui in apostolorum numero nuncupati sunt. Et post prepositos septem sporte que sunt corpus septiformis Aecclesiae. Vterque enim numerus sanctus est, et utrumque perfectum numerum dixit. Nam et cophino et sporte plene reliquiarum ostendit, operationis Christi reliquias, id est nouissimi temporis Aecclesia, ut siue in episcopis siue in populis, nullo modo possit minorari. Sicut secundum Iohannem, iussit ex ipsis reliquiis nichil omnino deperire.

Quod si aliquis calumniator contra haec dicit: quid enim si secundum uirtutem non de ordeaceo sed de tritico sufficebat pro reliquiis septem superasse sportas? Nobis tamen magis proficit aliena curiositas, utramque matheriam ¹⁸ nunc esse completam in Aecclesiam. Vt sicut in ordeo ostendit duodecim apostolos, ita et in tritico septiformes populos. Vbique enim septenarius numerus, plenitudo est eius rei de qua agitur; sicut in figura Aecclesie sub Israhelita per-[fol. 111v° b]-secutore dictum est: Reliqui michi septem milia uirorum, qui non curauerunt genua Baal. In quarto aequo describit simulationem et ypocrisi manifestata. **Et cum aperuisset quartum sigillum, audiui quartum animal dicens: Veni et uide. Et ecce equus pallidus, et qui sedebat super eum, nomen ei erat mors et infernus sequebatur eum. Et data est ei potestas super quartam partem terre, interficere gladio, fame, morte, et bestiis terrae** [Ap 6,7-8]. Duæ partes sunt in mundo, populus Dei et populus diaboli. Nam et populus diaboli, in duas diuisus est partes, id est in christianis et paganis. Duæ itaque hæc partes, contra unam pugnant, id est Ecclesiam. Propterea Ecclesia uocata est tertia pars, et falsi fratres intra Ecclesiam est altera tertia. Et gentilitas foras Ecclesia est que dicitur tertia, quod in sequenti loco apertius manifestauimus, quia ante ubique homo peccati reueletur, et publice manifestetur filius perditionis. Antichristus in has ¹⁹ tres partes, iam in Aecclesia ex parte reuelatus est, et ubi tres partes uidebantur, iam quarta pars in Aecclesia manifestata est, id est Ecclesia gentilitas, scisma et falsi fratres. Non enim omne malum uomet Ecclesia, sed aliquos aperte malos ad

16. a final corr. en e.

17. m final gratté.

18. h ajouté en interligne.

19. h ajouté en interligne.

ostendendum orbi genus nouissimo²⁰ persecutionis. Ceteros uero ypo-[112 a]-critas et scismaticos²¹, unanimiter tolerat, licet spiritualiter foras sint, tamen intus laborare uidentur. Oportet enim tales intra Aecclesiam esse, ut probati manifesti fiant. In illis²² ergo locis in quibus duae partes uidentur, id est Eecclesia et gentilitas apud aliquos tres partes sunt, apud nos autem quattuor sunt.

De quibus ut questionis nodum soluamus, aurem cordis apponite. Nempe etenim duo populi uidentur esse in mundo, id est babtizati et pagani, quę utraque partes aperte inter se in fide dissentiunt, et una foras, alia intus esse uidetur²³. Quamobrem haec pars quę intus esse uidetur²³ generalis Aecclesię nominatur. De hac generale Aecclesia, quę una esse uidetur, tres partes maiores nostri esse dixerunt extra eam qua²⁴ iam foras proiecimus. De eis tribus partibus²⁵ quę intus uidentur esse, una est Dei, duę uero diaboli. Scisma est et falsi fratres; Aecclesia est quę est pars Dei. As²⁶ duę partes in utroque²⁷ uidentur esse, sed foras sunt. Et si est scisma in aliquibus²⁸ prouinciis, sed aut in unam ciuitatem, aut non multo plus. Non de his²⁹ dicimus qui³⁰ per uniuersa prouintia loca sancta occupauerint, et polluerint, quę aperte patitur Aecclesia. neque ceteras hęreses Eecclesię partes, aut diuersos stultitiae genere exiguas hęreses et numerosas non computamus sed solum scisma et falsos fratres. Iam supradiximus scisma abscissura animorum uocata, ita credit et ita uiuit, sicut ceteri sancti, sed suo consilio [fol. 112 b] uiuit, et ab Eecclesię semper delectatur, separari consilio. Falsi tamen fratres ypocritae nominantur, sed neque ipsi³¹ aperte Aecclesiam deuastant³², sed sancti uidentur esse et sancti non sunt. Non ideo autem ipocrisis diaboli pars non erit, pro qua re Eecclesia non aperte deuastat, cum apostolus dicit: Tota uirtus diaboli contra sanctos spiritalis est, et in spiritalia nequitia consistit³³. Et Dominus in euangelio pro eadem causa, aperte nos admonet: Exurgent, inquit, pseüdochristi et pseüdoprophete, et dabunt signa magna et prodigia, ita ut errent si fieri potest, etiam electi. Vos autem caute, ecce predixi uobis. In hanc ergo quartam partem, *data potestas est diabolo sedenti super equum pallidum, qui est populus mortuus, interficere gladio et fame et morte et bestiis terrę* [Ap 6,8]. Gladio aperte dixit, occisionem. Fame autem et morte spiritalis esse intra Aecclesiam quod aliquos illic sine recordatione defunctos morte, ex ipsa quarta deicerit. Ceteri uero de Eecclesia, qui inter eos captiuos ingemescunt, plenam spem uite gerunt, purgationem per Daniele promissam, ut quasi aurum in igne probentur. Bestiis autem omnibus

20. u ajouté en interligne au-dessus de b gratté.

21. Le deuxième s ajouté en interligne.

22. illius corr. en illis.

23. n gratté avant tur.

24. quę corr. en qua.

25. eas tres partes corr. en eis tribus partibus.

26. Sic; corr. Has.

27. q, abréviation de que, ajouté entre utro et uidentur.

28. Le second i ajouté en interligne.

29. hos corr. en his.

30. quo corr. en qui.

31. ipsa corr. en ipsi.

32. n ajouté en interligne avant le t final.

33. consistere corr. en consistit.

malis et hominibus dixit ; iam et ista quarta est intra Ecclesiam. Et hos bestia ceteros sub nomine Christianitatis, qui seculares esse dicuntur, omnes omnino accipimus, quia non tantum [fol. 112v° a] potestatibus solis quę a Domino ordinatę³⁴ sunt, sed³⁵ omnibus omnino malisque crassantibus traditi sumus. Sicut propheta orauit, ne tradas Domine bestiis animas confitentium tibi. Hęc quattuor partes, tres³⁶ aequorum, unde et has bestias in hominibus malis, subiectę³⁷ formulę³⁷ picturarum demonstrant. Isti autem tres aequi unum sunt unde albus exit et contra album pugnant, sed unum sessorem habent diabolum, qui est mors, sicut et Dominus uita dictus est. Vt hic generaliter dixerat, datum gladium magnum, cuius aequitis uel gladii spetiem descripsit in duobus, id est in nigro qui libram tenuit et dedit per subtilem simulationem quę est opera tenebrarum. In altero uero reuelata ypocrisin, id est simulationem quę est, abhominatio uastationis, occidente gladio, fame et bestias terrę. Et si in Africa ubi haec fieri ex quarta intelligimus, non eo fit quod ipocritę reuelentur, qui iam dum cum Aecclesia appellarentur reuelati sunt, sed quod in Africa geritur, exemplum est per orbem futurę reuelationis Antichristi, qui nunc sub libra, id est sub religione manu prolata opera iniquitatis exercet³⁸. Ipocrisis enim subtilis est, uix a sapientibus deprehenditur. Ipocrisis autem non potest dici, ex quo foras exierit. Hos autem sequitur infernus, qui eos expectat, [fol. 112v° b] post huius operis consummationem. Hos autem equites diabolum³⁹ esse et suos sexto sigillo manifestat, dum prelio ultimo equos dicit congregari. Et Ioel propheta de eodem populo ait : Sicut uisus aequorum faties eorum. Sicut equi ita persequentur et sicut uox curruum super uertices. Et cum istum dominicum, qui est Aecclesia, Abbacuc propheta multos esse declarat, et per eos esse declarat⁴⁰, et per eos esse in mundo dicit iram Dei, et salutem, et per ipsos aquas multas Domino sessore turbari, sicut dicit : Numquid in fluminibus iratus es Domine, aut in fluminibus indignatio tua, aut in mari impetus tuus ? Quoniam conscendens equos tuos, et equitatio tua salus. Intendes arcum super scepra, et pones in mari equos tuos turbantes aquas multas.

Haec eadem quoque in equo pallido inter ceteras clades permiserat Dominus uenturas pestes magnas, et mortalitates spirituales. Cum enim dicit *et infernus sequebatur illum* [Ap 6,8], id est expectat deuorationem animarum multarum impiarum. Hic est aequus pallidus. Quinto autem signo inducit animas tam in quarta parte, quam in toto mundo occisorum. Sanctum Deum postulare uindicta. Et hoc modo ostendit nouissimo idem tempore postulare, dum dicunt : Quousque non iudicas [Ap 6,10] ? Et modicum superesse, dum modico adhuc tempore expectare iubent. Nam post quintum indicit nouissimum certamen in sexto.

EXPLICIT ex-[fol. 113]-PLANATIO QVATTVOR AEQVORVM.

INCIPIT STORIA DE ANIMAS OCCISORVM IN LIBRO QVARTO.

34. a final corr. en æ.

35. in gratté après sed.

36. in gratté avant tres.

37. as final corr. en ę.

38. exercit corr. en exercet.

39. us final corr. en um.

40. et per eos declarat répété et barré d'un trait après declarat.

Et⁴¹ cum aperuisset quintum sigillum, uidi sub ara Dei animas interfectorum propter uerbum Dei, et propter testimonium Ihesu, quod habebant. Et clamabant uoce magna dicentes : Quousque, Domine, non iudicas et uindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra ? Et date sunt illis singule stole albe ; et dictum est illis ut requiescant. Adhuc breui tempore quousque compleatur numerus conseruorum eorum et fratrum eorum qui occIDENTVR SICVT ET IPSI [Ap 6,9-11].

[Illustration : Ouverture du cinquième sceau (Ap 6, 9-11) :

Partie supérieure : à gauche, dans un cercle : l'Agneau et le Livre : AGNUS. LIBRUM ; à droite : 18 colombes bleues, blanches, jaunes et rouges sous l'autel : ARA AVREA. ANIME INTERFECTORUM.

Partie inférieure : l'ange s'adresse à 20 personnages nimbés : AD HOS DATE SUNT STOLE ALBE.

[fol. 113v°a] **INCIPIIT EXPLANATIO SVpra SCRIPTE STORIE IN LIBRO QVARTO.**

Et⁴² cum aperuisset inquit quintum sigillum, uidi sub ara Dei animas occisorum propter uerbum Dei et testimonium Ihesu quod habebant [Ap 6,9].

Animas⁴³ occisorum uidisse sub ara, id est sub terra. Ara enim et cælum, terra dicitur, sicut lex ait :

Ymaginaria⁴⁴ ueritatis faciè meditante, qui duas aras aureas intrinsecus, et extrinsecus fecerat.

Nos autem intelligimus ara ita dici⁴⁵, Domino nostro nobis testimonium⁴⁶ peribente. Ait enim : Cum offers munus tuum ad altare ; et utique munera nostra orationes sunt que offerimus, et ibi recordatus fueris habere aliquid cum fratre tuo aduersus te, relinque ibi munus tuum ante aram.

Utique ad cælum ascendunt orationes. Si ergo cælum intellegitur ara aurea, que erat interior ; nam et sacerdotes semel in anno introibant, qui habebant crisma, ad aram auream, significantes Spiritu Sancto Christum hoc semel facturum. Sicut ara aurea cælum agnoscitur, sic et ara ęrea terra intellegitur, sub qua est infernus, remota a penis et ignibus regio et requies sanctorum, in qua⁴⁷ quidem ab impiis uidentur [fol. 113v° b] et audiuntur iusti, et neque illic⁴⁸ transuectare possunt. Vox ergo tantum, id est animas occisorum expectare uindictam sanguis sui, id est corporis sui, de habitantibus super terram.

Voluit cognoscere, quia omnia uidet. Sed quia in nouissimo tempore, et sanctorum remunerationem perpetuam et impiorum uentura est damnatio, dictum est eis expectare, et pro corporis sui solatio, **Et date sunt illis singule stole albe, et dictum est illis ut requiescerent adhuc breui tempore, quousque compleatur numerus conseruorum eorum et fratrum suorum, qui occidentur sicut et ipsi** [Ap 6,11]. Hoc est nobis sollerter intuendum, et quid sit quod Deus

41. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur deux lignes. Le début des trois lignes qui suivent est usé et difficile à déchiffrer.

42. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur deux lignes.

43. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur une ligne.

44. ymago corr. en ymaginaria.

45. t final gratté.

46. o final corr. en um.

47. quo corr. en qua.

48. c final ajouté en interligne.

ad animas loquatur, ut animę sanctorum ad Deum aut angeli ad Deum loquantur, aut Deus ad angelos, aut ad diabolum Deus loquatur, cum dicit : Vnde uenis ; aut diabolus ad Deum respondeat cum dicat : circuiui terram. Discutienda quippe est, que⁴⁹ namque sit ista locutio. Neque enim uel a⁵⁰ Domino quo sumus, atque incircumscribitus est Spiritus, uel a Sathan⁵¹, qui nulla est carnea natura uestitus, humano modo aeris flatus folle uentris adtrahitur, ut per organum gutturis, uocis expressionis reddatur.

Sed dum naturę inuisibili, natura inconprehensibilis loquitur, dignum est ut mens nostra qualitatem corporeę locutionis excedens, corda uestra in crapula et [114 a] ad sublimes atque incognitos modos locutionis intime suspendantur⁵². Nos namque ut ea que sentimus extrinsecus exprimamus, et per organum gutturis, per sonum uocis eitiemus. Alienis quippe oculis, intra secretum mentis, quasi post parietem corporis stamus. Sed cum manifestare nosmetipsos cupimus, quasi per lingue ianuam egredimur, et quales sumus extrinsecus ostendamus. Spiritualis autem natura non ita est, que⁵³ ex mente et corpore composita dupliciter non est. Sed rursum sciendum est, quia ipsę etiam natura incorporea, cum loquitur, eius locutione, quamquam una atque eadem qualitate formatur.

Aliter enim loquitur Deus ad angelos, aliter angeli ad Dominum. Aliter Deus ad sanctorum animas, aliter sanctorum animę ad Deum. Aliter Deus ad diabolum, aliter diabolus ad Deum. Nam qui spirituali naturę⁵⁴ ex corporea oppositione nichil obstat⁵⁵, loquitur Deus ad angelos sanctos ipsosque eorum cordibus occulta sua inuisibilia ostendit⁵⁶ ; ut quicquid agere debeant, in ipsa contemplatione ueritatis latent. Et uelut quedam praecepta uocis sint, ipsa gaudia contemplationis. Quasi enim audientibus inspiratur, unde cum eorum cordibus contra humanam superbiam animaduer-[fol. 114 b]-sionem ultionis infundere dicit : Venite, descendamus et confundamus ibi linguas eorum. Dicitur eis qui adherent, uenite, quia nimirum hoc ipsum numquam a⁵⁷ diuina contemplatione descresceret, in diuina contemplatione semper ad crescere est, et numquam corde recedere. Quasi quoddam subtili motu est semper uenire, quibus et dicit : descendamus et confundamus linguas eorum. Ascendunt angeli in eo, quod creatorem conspitiunt. Descendunt angeli in eo, quod creaturam sese illicitis erigentem examine distractionis premunt. Dicere ergo est descendamus et confundamus linguas eorum, ut⁵⁸ in semetipso eis hoc quod recte aguntur ostenderet.

Et per uim interne uisionis, eorum mentibus exhibenda iudicia, occultatis motibus inspirare.

Aliter locuntur angeli ad Deum, sicut per hunc Iohannem in Apocalipsin dicunt : *Dignus est Agnus qui occisus est accipere uirtutem et diuinitatem et sapientiam [Ap*

49. d gratté après que.

50. d final gratté.

51. h ajouté en interligne.

52. n ajouté en interligne avant tur.

53. qui corr. en que.

54. r écrit en surcharge d'une autre lettre.

55. obstat corr. en obstat.

56. ostendet corr. en ostendit.

57. ad corr. en a.

58. ut ajouté en interligne d'une autre main.

5,12]. Vox namque angelorum est in laude conditoris, ipsa admiratio intime contemplationis. Virtutis diuine miracula obstupuisse dixisse est, quia excitatus cum reuerentia motus cordis magnus est, ad aures incircum-[fol. 114v° a]-scriptus spiritus clamor uocis. Quę uox se quasi per distincta uerba explicat, dum sese per innumeros modos admirationis, firmat. Deus ergo angelis locutus est cum eis uoluntatem⁵⁹ eius intima uidendo manifestatur. Angeli autem locuntur Domino, cum per hoc quod super semetipsos respiciunt in⁶⁰ motum admirationis surgunt. Aliter Deus ad sanctorum animas, aliter sanctorum anime locuntur ad Deum. Vnde Iohannis rursus Apocalipsis dicitur : *Vidi subter altare animas interfectorum, propter uerbum Dei et testimonium Ihesu quod habebant et clamabant uoce magna dicentes :*

Vsquequo Domine sanctus et uerus non iudicas, et uindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra ? [Ap 6,9-10]

Vbi ilico adiungitur, date sunt illis singule stole albe, et dictum est illis, ut requiescerent. Tempus adhuc modicum, donec impleatur numerus conseruorum et fratrum eorum [Ap 6,11].

Quid est enim animas uindictę petitionem dicere, nisi diem extremi iudicii et resurrectionem extinctorum corporum desiderare? Magnus quippe eorum clamor, magnum est desiderium. Tanto enim quisque minus clamat, quantominus desiderat. Et tanto maiorem uocem in aures incircumscripsi spiritus exprimit, quanto se in eius desiderium plenius [fol. 114v° b] fundit. Animarum igitur uerba ipsa sunt desideria. Nam si desiderium sermo non est, propheta non diceret : Desiderium cordis eorum exaudiuit auris tua.

Sed cum aliter moueri soleat mens qui petit, aliter quę petitur. Et sanctorum anime ita interni secreti sinu Deo inhereant ut inherendo quiescant⁶¹; quomodo dicuntur petere, quas ab interna uoluntate constat nullatenus discrepare? Quomodo dicuntur petere, quas et uoluntate Dei certum est et ea quę futura sunt non ignorare? Sed in ipso positę, ab ipso aliquid petere dicuntur. Non quod quicquam desiderant, quod ab eius quę cernunt uoluntate discordant. Sed quo mente ardentius inherent, eo etiam de ipso accipiunt, ut ab ipso petant quod eo facere uelle nouerunt. De ipso ergo uiuunt quod ab ipso sitiunt. Et modo nobis adhuc inconprehensibili in hoc quod petendo esuriunt, presciendo satiantur. Discordarent ergo a uoluntate conditoris, si que eum uiderent non⁶² uelle expeterent ei, que minus inherent, si uolentem dare desiderio pigriore pulsarent. Quibus responsum diuinitus dicitur : *Requiescite tempus adhuc modicum, donec compleatur numerus sanctorum et fratrum uestrorum [Ap 6,11].* Desiderantibus animabus requiescite adhuc modicum dicere est, inianter ardorem desiderii ex ipsa praescientia solatium consolationis accipere, [fol. 115 a] ut et animarum uox sit hoc quod amanter desiderant; et respondentis Dei sermo hoc quod eas retributionis certitudine inter desideria confirmat. Respondere eius est, ut collectionem fratrum expectare debeant eorum mentibus, libenter expectandi

59. tem final ajouté en interligne.

60. im corr. en in.

61. quiesscant corr. par grattage d'un s.

62. noluelle corr. en non uelle.

moras infundere, ut cum carnis resurrectionem⁶³ appetunt, etiam ex colligendorum fratrum augmento gratulentur.

Aliter Deus loquitur ad diabolum, aliter diabolus ad Deum. Loqui enim Dei est ad diabolum, uias eius ac negotia animaduersione occultę districtiois increpare, sicut illi dicitur. Vnde uenis? Diaboli⁶⁴ autem respondere est, omnipotenti maiestati eius nichil posse celare. Vnde hic ait: Circuiui terram et perambulauit eam. Quasi enim dicere eius est quid egerit, scire quod actus suos illi occultare non posset. Sciendum uero est, quia sicut hoc loco diximus, quattuor modis loquitur Deus ad diabolum, tribus uicibus diabolus ad Deum. Quattuor modis loquitur Deus ad diabolum⁶⁵, quia et iniusticias eius arguit, et electorum suorum contra illum iusticiam præponit, sicut ait: Considerasti seruum meum Iob, quod non sit ei similis super terram?

Temptandam ergo innocentiam concedendo permittit, sicut dicit: Ecce uniuersa quę habet, in manu tua sunt. Rursumque eum, temptatione proibet cum dicit: Tantum meum, non extendas manum tuam. Tribus autem loquitur [fol. 115 b] modis ad Deum, cum uel uias suas insinuat, uel electorum innocentiam fictis criminibus accusat, uel temptandam eundem innocentiam postulat. Vias quippe suas insinuat, qui ait: Circuiui terram et perambulauit eam. Electorum innocentium accusat, cum dicit: Numquid frustra Iob timet Deum? Nonne tu uallasti eum ac domum eius, uniuersamque substantiam per circuitum? Temptandam eandem⁶⁶ innocentiam postulat cum dicit: Extende manum tuam et tange cuncta quę possidet, nisi in fatiem benedixerit tibi. Sed dicere Dei est unde uenis. Sicut et supra insinuauimus. Vi sue⁶⁷ iusticiae, itinera malitia eius, increpare. Dicere Dei est: considerasti seruum meum Iob quod non sit similis ei in terra. Tales electos suos iustificando facere, qualibus nimirum apostata angelus possit inuidere. Dicere Dei est: ecce uniuersa quę habet in manu tua sunt⁶⁸, una approbatione⁶⁹ fidelium contra eos occultauit⁷⁰ incursum illum sine malitiae relaxare. Dicere Dei est: tantum in eum ne extendas manum tuam⁷¹, ad inmoderatę temptationis impetum; eum etiam permittendo restringere. Dicere autem diaboli est: circuiui terram et perambulauit eam, uelocitatem suę malitiae inuisibilibus eius oculis occultare [fol. 115v° a] non posset. Dicere diaboli est: Numquid sine causa Iob timet Deum? Contra bonos in cogitationum suarum latibula conquiri, eorumque profectibus inuidere, atque inuidendo reprobationis ruinas exquirere. Dicere Dei⁷² est, extende manum tuam paululum, et tange cuncta quę possidet. Ad afflictionem bonorum, malitiae aestibus anelare. Quo enim eorum temptatione inuidens appetit, eo illorum quasi probationem deprecans petit. Quia igitur in terrenarum locutionum modos, succinctę diximus, ad intermissum paululum expositionis ordinem reuertamur.

63. is final corr. en em.

64. um final corr. en i.

65. o final corr. en um.

66. n ajouté en interligne d'une encre plus claire.

67. Le scribe a écrit: Vis ue.

68. est corr. en sunt.

69. ad initial corr. en ap.

70. t final ajouté d'une autre encre.

71. tuum maladroitement corr. en tuam.

72. diaboli corr. en Dei.

EXPLICIT EXPLANATIO SIGILLI QVINTI. DE ANIMABUS INTER EMPTORVM, IN LIBRO QVARTO.

INCIPIST STORIA SIGILLI SEXTI IN LIBRO QVARTO.

*Et*⁷³ uidi, cum aperuisset sextum sigillum, terremotus factus est magnus, et sol factus est niger, ut saccus cilicinus, et luna tota sanguinea⁷⁴ facta est [Ap 6,12], et stelle ceciderunt in terra, sicut ficus magno uento peragitata amittit grossos⁷⁵ suos. Et celum recessit ut liber inuolutus, et omnis mons et insula de locis suis motæ [fol. 115v° b] sunt. Et reges terrae et magistratus, et tribuni et fortes, et omnis seruus et liber absconderunt se in speluncis et in petris montium. Et dicunt petris et montibus : cadite super nos, et abscondite nos a fatiē Sedentis supra tronum, et ab ira magna, quoniam ueniet dies magnus irę eorum et quis poterit stare [Ap 6-12-17] ?

[fol. 116] **Illustration : Ouverture du sixième sceau** (Ap 6, 12-17) :

Partie supérieure : à gauche : dans un cercle, l'Agneau et le Livre : AGNUS APERIT SEXTUM SIGILLUM ; au-dessous : A FACIE SEDENTIS IN TRONO : CELUM RECEDIT UT LIBER INUOLUTUS ; à droite, dans une mandorle : Christ en majesté sur un trône : OMPSOS SEDENS IN TRONO. *Au-dessous* : le soleil : SOL OBSCURATUS EST ; la lune : LUNA FACTA EST SANGUIS ; des étoiles : STELLE CECIDERUNT IN TERRA.

Partie inférieure : des étoiles tombent au-dessus de montagnes ; à gauche : 3 personnages couchés à l'entrée d'une grotte : ISTI METU NIMIO PERCULSI IN CAUERNA TERRE SE ABSCONDUNT ; devant, un roi : ISTE REX ALTUM MONET REGEM UT IN EAM UIAM INTRENT ; au centre : un roi à genoux : ISTE DICIT MONTI SUPER ME CADE ; à droite : OMNIS MONS IN INSULA MOTI SUNT IN LOCO SUO ; dessous : MONS CADIT ; dessous : un homme entre dans une grotte : ISTI SE UOLUNT ABSCONDERE IN CAUERNA ; dessous, un homme tombe tête en bas : ISTE HOMO CADIT DE MONTE.

[fol. 116v° a] **INCIPIST EXPLANATIO SVPRA SCRIPTE STORIE, IN LIBRO QVARTO.**

*Et*⁷³ uidi cum aperuisset sextum sigillum, terremotus factus est magnus, et factus est sol niger tamquam cilicinum [Ap 6,12]. In hoc sigillo, persecutio nouissima. Et sol factus est niger ut cilicius, et luna tota sanguis facta est, et stelle ceciderunt in terra [Ap 6,12].

*Sol*⁷⁶ et luna et stelle Aecclesia est, quę lumen ueritatis ministrat. Quia sicut tenebras, ignorantiam dicimus, ita et lumen scientiam⁷⁷ nuncupamus. Et has⁷⁸ duas causas lumen et tenebras, in una Ecclesia esse uidemus. Per lumen sapientes, qui rectę intellegunt, recte credunt et rectę operantur. Per tenebras ignorantiae intelligimus hereticos, ypocritas et scismaticos, et ipsi uidentur esse quasi stelle, eo quod sanctitatem simulant et non habent. Et in hos⁷⁸ duos⁷⁹

73. Grande initiale rehaussée de couleurs sur trois lignes.

74. nea ajouté en interligne.

75. grossus corr. grossos.

76. Initiale rehaussée de couleurs sur deux lignes.

77. ae final corr. en am.

78. h ajouté en interligne.

79. as duas corr. en hos duos.

ordines, id est lumen⁸⁰ et tenebrae, et dies et nox quod est Aecclesia, dies et nox ignorantia. Quod dicit factum solem quasi cilicium, id est incredulis obscurabitur splendor doctrine, quod est sol, hec luna, hee stellę, id est, Aecclesia. sed a toto pars intelligitur. Tota autem dicitur, quia in toto orbe erit nouissimus terremotus, dum [fol. 116v^o b] uenerit Antichristus. Ante aduentum uero eius non in toto mundo, sed per loca, sicut scriptum est. Per loca, in quibus⁸¹ terremotus, sol nigrescet, luna sanguis fiet, stellę caeli cadent in terra, hoc totum simulatio est sanctitatis, eo quod sanctis in sua simulatione deprehenduntur. Et dum ab eis separantur, obscurare et cadere dicuntur. Similitudo plane sanctitatis, solis et lunae et stellarum, id est ipocrisis et religio falsa. Haec autem omnia Iohannes sanctus in caelo nostro positus, id est in Aecclesia, uidit. In superiore enim cęlo, quod initio uocatur; putatur stellas uidere, non potuit, quę sub cęlo sunt. Haec in Ecclesia modo aguntur⁸², in nouissimo uero Antichristi aduentum, luna quod dicit facta est sanguis, Aecclesia sanctorum ostenditur, pro Christo, sanguinem fundere. Stellas quas⁸³ dicit cadere, id est fideles perturbari. **Sicut ficus magno uento agitata, amittit grossos suos** [Ap 6,13]. Arborem fici Ecclesię⁸⁴ comparat⁸⁵, quę in asperitate penitentię uiuit. Quia sicut arbor ficus multos habet pomos bonos et malos, ita in Ecclesia, bonos habet et malos. Solet enim ficus primitiua grandis uideri inter alias et multas⁸⁶ ab aura turbatas⁸⁷ uidemus, quia foris boni uidentur, sed de intus uani sunt. Mox ut tacti fuerint a ualitudine⁸⁸ uenti, protinus in terra cadent. Pro ipsis⁸⁹ dicit, quemadmodum ficus agitata, iactat grossos suos, id est ficus uanos, quia boni uidebantur et non erant. Hoc totum quare diximus? quia [fol. 117 a] tales sunt ypocritae et simulatores intra Ecclesiam, quę in tempore pacis uni esse uidentur cum Aecclesia, sed cum⁹⁰ mox persecutionis tempus aduenerit, excutiuntur ab Aecclesia, sicut ficus uento agitata, amittit grossos suos. **Et cęlum recessit ut liber inuolutus** [Ap 6,14]. Caelum semper Aecclesiam intelligimus, quam⁹¹ terremoto facto recedere, id est de medio fieri et intra sese sancti, sola nota contineri se, sicut liber inuolutus. Liber etenim inuolutus, quid intus lateat a nemine scitur, nisi extensus legatur. Cum uero plicatur impossibile est eum legere quempiam, uel intelligere. Et si quis eum non cognouerit, licet pedibus conculcetur, aut ferro incidatur, nichil ei obest quia pro nichilo extimatur. Ita erit Aecclesia in aduentum Antichristi, cęlum erit inuolutum ut liber, quia omnia⁹² scripturarum pędicamenta cessabunt⁹³, et sancti qui eo tempore fuerint conculcabuntur, et ferro trucidabuntur, quasi liber

80. luminis *corr. en* lumen.

81. quo *corr. en* quibus.

82. agitur *corr. en* aguntur *par u avec tilde suscrit, sans suppression du i.*

83. que *corr. en* quas.

84. a *final corr. en* æ.

85. comparauit *corr. en* comparat.

86. alios et multos *corr. en* alias et multas.

87. turbatos *corr. en* turbatas.

88. ualitudo *corr. en* ualitudine.

89. ipsos *corr. en* ipsis.

90. cum *ajouté en interligne.*

91. quem *corr. en* quam.

92. omnes *corr. en* omnia.

93. cessabit *corr. en* cessabunt *par u avec tilde suscrit, sans suppression du i.*

inuolutus, et arbitrent se obsequio prestare Deo, non cognoscentes quid in libro intus, id est in sanctos sit. **Et omnis mons et insula, de locis suis motae sunt** [Ap 6,14]. Caelum et montes et insulas, hoc totum unam Aecclesiam dixit, facta nouissima persecutione Antichristi, omnem de loco suo recessisset. Sed potest in utramque partem conuenire, id est in bonos et malos, quia bona pars mouebitur de loco suo fugiens. —

— Et ⁹⁴ mala pars mouebitur de loco suo, id est perdet gratiam, aut si carismata uide-[fol. 117 b]-batur habere, quia puplice penitentiam noluit ⁹⁵ agere. Sicut supra dictum est : *Mouebo candelabrum tuum de loco suo, si non egeris penitentiam* [Ap 2,5]. Et iterum : Transferentur montes in corde maris. Montes apostolos dicit, mare seculum. Ostendit in ea persecutione, qui confugere ad montes, ad eos qui de locis suis recesserunt, id est ad sanctos qui in fide perstiterunt. **Et reges terre et magistratus et tribuni et fortes et omnis seruus et liber** [Ap 6,15]. Hos reges et omnes quos dicit, sancti sunt a minimo usque ad maximum ⁹⁶, qui eo tempore fortes steterint ⁹⁷ in persecutione Antichristi. Non inmerito reges et potentes nuncupantur, qui impiissimo colla submittunt. ceterum qui tunc reges erant in mundo, preter unum persecutorem Antichristum, qui ante eum fugiendo locum tuitionis et occultationis quaerebant. Sicut dicit :

Abconderunt se in speluncis ⁹⁸ et in petris ⁹⁸ montium [Ap 6,15]. Hos montes non tantum perspicuae istos quos uidemus dicent, sed Christum et sanctos patres implorant, et suffragium ab eis accipere postulant. Sicut scriptum est : **Habitabit in spelunca petre fortis. Spelunca et petre unum sunt ; Et dicunt petris et montibus, cadite ⁹⁹ super nos, et abscondite nos affatiae Sedentis supra thronum, et ab ira Agni, quoniam ueniet dies magnus ire eorum, et quis ¹⁰⁰ potest stare ?** [Ap 6,16-17] Cadite ⁹⁹ super nos, uerbum est totum misericordiae affectum postulantis. [fol. 117v° a]

Et quodam modo totum illum qui rogatur in miseri uiscera transire deplorantis, sicut scriptum est. Cecidit super collum eius et fleuit. Et iterum : Cadet misericordia tua super me, id est satis tua misericordia me adpraehendat atque contegat. Abscondite autem dixerunt, ut homo uetus et peccator a Dei oculos abscondatur, quia in homine peccatore nunc latet peccator, et Deus miserator semper ad penitentiam expectat. Nos per singulos dies peccamus et ille per singulos dies non irascitur. Et ira Dei peccata nostra eiusdem Dei miseratione contacta ¹⁰¹, sicut scriptum est : **Beati quorum tecta sunt peccata. Peccata enim tegimus, cum bona facta malis actibus superponimus. Et iterum : Caritas tegit multitudinem peccatorum. Huiusmodi namque refugium Deus manifestat, cum ab ira sua abscondit ¹⁰², peccatores ortatur dicens : Et nunc intrate in petram, et abscondite uos in terra affatiae timoris Domini, et a claritate fortitudinis eius. Hanc terram quam dicit sanctam, id est corpus Christi. Nam quomodo in alteram**

94. Traits horizontaux tracés dans la marge après fugiens et devant Et.

95. nolunt corr. en noluit.

96. o final corr. en um.

97. s initial ajouté en interligne.

98. as final corr. en is.

99. cadete corr. en cadite.

100. i écrit en interligne.

101. i final corr. en a.

102. t final ajouté en interligne.

terram, nisi in ipsa dicit confringere terram? Et iterum: Omnia manufacta abscondent inferentes in speluncas et in cauernas petrarum, et in cissuras terrae a fatiē timoris Domini, cum surrexit confringere terram. Non idola dixit abscondere, sed ipsos homines qui in cordibus suis idola portabunt. Et hoc modo idola sepelire, id est ueterem hominem abscondere, et nouum [fol. 117v^o b] induere¹⁰³ et in petra Christo se abscondere. Hic quasi recapitulat et ante persecutionem admonet et omnes ad penitentiam prouocat.

Sequitur enim et exponit idola expellere, ut ipsi intrent in portam dicens: In illo enim die expellet homo abhominaciones suas argenteas et aureas, quas fecerunt adorare uanas et nociuas, ut intrent in cauernas solide petre, et in scissuras¹⁰⁴ petrarum. Expelluntur enim idola uisibilia et intrent¹⁰⁵ in petra. Id est puplice conuertuntur et ueniunt ad Christum, ut illic idola inuisibilia que corda possederant, obruant, abscondantur et perdeantur, id est dum hominem ueterem Christo configimus, ut in illo noui inueniri possimus¹⁰⁶. Quia uero secundum ueterem hominem, id est exteriorem carnalem, terram Domini, id est carnem Christi ingreditur, neque in ea idola spiritualia in abolitione repellit¹⁰⁷, ipse idolum est. Et non est absconditus a fatiē timoris Domini. Hos per Eſaiam increpans Dominus dicens: Vlulate sculptilia in Iherusalem.

At uero Iacob abscondit, et perdidit idola sub terebinto, usque in hodiernum diem.

Terebintus enim corpus est Domini, ipso dicente:

Sicut terebintus, expandit ramos.

Et filii matris meę pugnauerunt contra me, sicut terebintus que¹⁰⁸ amisit folia. Et iterum:

In illa inquit die expellet homo idola, diem totum tempus ex quo Dominus passus, dixit. Exinde homines absconduntur in terra noua, cum qua surrexit confringere terram, id est de ea¹⁰⁹ die, qua Dominus ad passionem uenit, mortem gustauit et surrexit, in hac petra se Christo homines sancti cum eis [fol. 118 a] exemplum relinquens, ut eius uestigia sequantur. Propterea dixit. Abscondi in terra, cum exsurrexerit confringere terram. Nota quia in hoc sexto sigillo et recapitulauit ab origine de Christo, ab eo loco ubi dicit, quod *reges et potentes absconderunt se in speluncis*¹¹⁰ [Ap 6,15]. Legimus et in Dauid ubi ait: Abscondit me in tabernaculo suo, in die malorum in petra exaltauit me.

Omnem autem dicit se abscondisse, sed non omnes absconduntur, sed sola pars qui Christum cognoscit, de qua loquitur dicens: *Luna tota facta est sanguis* [Ap 6,12], id est in martirio perseuerat. *Et omnis mons et insulæ*¹¹¹ *de locis suis motæ*¹¹¹ *sunt, et omnis seruus et liber* [Ap 6,14], absconderunt se in montes.

Si autem per istos montes uisibiles dicit de locis suis recessisse, quomodo se in illo absconderunt? aut quomodo se omnis seruus abscondet, cum constet aetiam ex

103. inducere corr. en induere.

104. s initial ajouté en interligne.

105. intrantur corr. en intretur.

106. possumus corr. en possimus.

107. repellunt corr. en repellit.

108. qui corr. en que.

109. eo corr. en ea.

110. as final corr. en is.

111. a final corr. en æ.

seruis esse quę rapiuntur in nubibus ? Vnde manifestum est quos omnes dicat in obtunsos ¹¹², neque uisibiliter conuenit sed spiritualiter factum esse credamus.

Primum quia non omnis locus habet montes, ut possit se omnis homo abscondere. Deinde cum apparuerit Dominus ut coruscatio, non remorabitur itineris longitudinem nec habebunt spatium petendi ¹¹³ homines montes, aetiam in ipsis montibus habitantes. Quid de campestribus dicam, quos ab hac stulticia penitentia non reuocat, ut locorum situs eos possit in montibus abscondere ? Non enim in nouissimo tantum terraemotu, [fol. 118 b] multis e seculo labentibus confugient, alii ad montes, id est ad ¹¹⁴ apostolorum doctrinam, Domini misericordiam implorantes ; hoc semper factum est a passione Domini usque nunc. Sed tunc magis fiet, cum ad diem iudicii instare diem Domini signum descensionis ostenderet ¹¹⁵. Caeterum hoc semper promissum et factum est. Sic enim habet consuetudinem sanctam propheta, sic narrat futura quasi iam facta. Sic preterita, quasi adhuc fatienda. Nam sic Deus futura ¹¹⁶ promiserat destructa altaria, quę ¹¹⁷ Ieroboam fecerat in Samaria, sicut per Ose prophetam dicit : Auferentur Aaron peccata Israel. Spine et tribuli ascendent super altaria eorum et dicent montibus : tegite nos, et collibus cadite super nos. Destructa sunt hec altaria per Iosiam, regem Iuda, sicut in Regnorum legimus. Non tamen aliquis dixit montibus tegite nos, nisi illi ¹¹⁸ qui destructis idolis in terra se Domini recondebant, sed hec in figura facta sunt per Iosue. Verumtamen completa sunt et complentur ¹¹⁹ semper in Domino, qui omnem idolatriam depredatus super uerticem montium, sua castra constituit, id est speculatione contemplationis in corpore suo, suam Aecclesiam construxit. Qui et ultimo tempore Iudeę periculo ¹²⁰, in his montibus fugirent ; sic in speciali Iherusalem generale ¹²¹ illius inueterate describit eis excidium dicens : Filiae Iherusalem nolite me plorare, sed uos plorate et filios uestros, quoniam uenient dies [fol. 118v° a] in quibus dicent, beatę steriles et uentres quę non genuerunt, et ubera quę non nutrierunt. Tunc incipient montibus dicere, cadite super nos et collibus cooperite nos. Quoniam si in mundo ligno haec fatient, id est tempore immaturo, ita persecuntur nouissimo et oportuno quomodo persequentur ? Cum ergo intellexerint nouissimum esse excidium Iherusalem, confugient ad montes rogantes abscondi se ab eis et beatos dicentes eos qui nullis conditionis humane uinculis peccati captique retenti sunt. Auertendum propterea est et ante oculos cordis habendum, narrationis genus quod Spiritus Sanctus in isto libro in omni ymperio conseruabit ¹²². Vsque ad sextum enim numerum ordinem custodiuit, et praetermisso septimo recapitulauit ¹²³, et duas narrationes quasi ordinem secutus in septimo concludit.

112. enim gratté devant neque.

113. Un premier t gratté après pe.

114. ad ajouté en interligne.

115. ostenderit corr. en ostenderet.

116. futurum corr. en futura.

117. quas corr. en quæ.

118. s final gratté.

119. n ajouté en interligne.

120. um final corr. en o.

121. is final corr. en e.

122. con initial écrit d'une autre main.

123. recapitulant corr. en recapitulauit, par grattage et ajout de ui en interligne.

Sed ipsa recapitulatio pro locis intellegenda est. Aliquando enim ab origine passionis, aliquando a medio tempore, aliquando de sola ipsa nouissima pressura, aut non multo ante dicturus racapitulat, tamen fixum seruat, et a sexto recapitulet. Nunc ergo de scripto sexto ad origine redit, et recapitulat eadem breuiter atque aliter dicturus.

EXPLICIT EXPLANATIO SEXTI SIGILLI IN LIBRO QVARTO.

INCIPIT ¹²⁴ **STORIA QVATTVOR ANGELIS VENTORVM IN LIBRO QVARTO** :: [fol. 118v° b]

Et ¹²⁵ *post hæc uidi quattuor angelos stantes in quattuor angulos terrae, tenentes quattuor uentos terre, ne flarent in terram, neque in mare, neque in nullam arborem. Et uidi alium angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei uiuentis. Et clamauit uocem magnam quattuor angelis, quibus datum est potestas ledere terram et mare dicens : Ne leseritis terram neque mare neque arbores, donec signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum [Ap 7-1-3].*

[fol. 119] **Illustration** : **Les 144 000 marqués du sceau de Dieu** (Ap. 7, 1-8) :

Partie supérieure : à gauche : cercle contenant un ange tête en bas retenant un vent : UENTUS PRIMUS. ANGELUS EIUS CUSTOS ; au centre : le soleil : SOL ; dessous : ANGELUS UENIENS AB ORTU SOLIS HABENS SIGNUM DEI ; un ange tenant une croix : SIGNUM DEI UIUI. ISTE ANGELUS DICIT ALIIS IIII^{or} ANGELIS NE NOCEANT TERRE NEQUE MARI NEQUE ARBORIBUS DONEC SIGNENT SERUOS DEI IN FRONTIBUS EORUM ; à droite : dans un cercle, un ange tête en bas retenant un vent : UENTUS SECUNDUS. ANGELUS MAGISTER UENTI.

Partie centrale : 23 personnages debout : ISTI SUNT SERUI DEI QUI SIGNANDI SUNT IN FRONTIBUS SUIS.

Partie inférieure : bande de couleur rouge : TERRA ; à gauche : cercle contenant un ange debout retenant un vent : UENTUS TERCIUS. AB ANGELO TENETUR ; à droite : cercle contenant un ange debout retenant un vent : ANGELUS TENENS UENTUM QUARTUM. UENTUS ; en bas : bande bleue : MARE.

[fol. 119v° a]

INCIPIT ¹²⁶ **EXPLANATIO SVpra SCRIPTE STORIE, IN LIBRO QVARTO.**

Et ¹²⁷ *post haec inquit uidi quattuor angelos stantes in quatuor angulos terrae, tenentes quattuor uentos [Ap 7,1].*

Quattuor angeli et quattuor uenti, unum sunt, ac si aperte diceret : Vidi quattuor angelos tenentes quatuor angelos, aut quatuor uentos, tenentes quatuor uentos. In initio diximus, qua de causa unam rem diuidat.

Isti autem angeli uel uenti et boni sunt et mali. Quattuor enim sunt soli, sed bipertiti sunt, sicut in consequentibus melius explanauimus. Hii uenti et partem bonam tenere et partem suam malam. Nam secundum Ezechiel quattuor uentos terrae bonos inuenimus, qui ad primam resurrectionem faciendam inspirant ossa arida et carnes mortuas. Quattuor enim uentos homines dicit, id est flatum et mentem, quam habet Aecclesia in quattuor angulos terre, et eadem in hisdem locis spirat. Iste flatus id sunt quattuor uenti, per Daniele prophetam aduersus

124. Grande initiale non ornée faiblement rentrante sur deux lignes.

125. Initiale rehaussée de couleurs rentrante sur deux lignes.

126. Grande initiale non ornée faiblement rentrante sur trois lignes.

127. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur deux lignes.

dicitur intruisse in populo. Ecce inquit quattuor uenti cælum intruerunt in mare magnum. Et de mare ascenderunt quattuor bestiae, quas angelus quattuor regna mundi esse dixit. Septem ergo angeli, ut iam dictum est, Aecclesia est, quorum septem sint uno nomine [fol. 119v° b] omnes sunt. Prout enim causa exiit, et numerum dicit, sicut nunc quatuor angelos dixit, ut in quattuor angulis terre ostenderet Ecclesiam tenere, et partem suam ne decipiat consignandos accepit. At ubi omnis ¹²⁸ Israel in fine mundi saluus factus fuerit, fiet de medio eius quam detinet. Et tunc pars quarta angulorum soluta in suo tempore aperitur, id est prædicabitur ¹²⁹. Sicut Apostolus ait: Et nunc quid deteneat scitis ut in suo tempore denudetur misterium enim facinoris iam aperietur ¹³⁰, tantum qui detinens detinet modo, quoadusque de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille impius Antichristus. Et quia diximus quatuor angelos bipertitos esse inuicem mixtos, id est Aecclesiam et regna mundi. Curauimus oportune commemorare mundi regna, uel maxime præsens regnum in medio esse Aecclesiae per orbem in falsis fratribus, id est ypocritis in ministerio facinoris. Non est enim regnum cui deputentur falsi fratres, quam saeculi omnes mali reges dicuntur, quia suis uoluntatibus præcipitantur.

De talibus principibus ¹³¹ Apostolus dixit, quem ¹³² nemo ex principibus huius saeculi cognouit.

Si enim cognouissent, numquam Dominum glorie crucifixissent. Qui autem Dominum crucifixerunt, Eꝯangelii scriptura denuntiat. Pilatus enim unus ex principibus ¹³³ Dominum non crucifixit, sed calumniantibus dimisit. Et apostolus Petrus, eo quod Israel Christum crucifixisset, sic ad eos loquitur dicens: Certum ergo scias domus Israël, quia et Dominum illum et Christum Deus fecit [fol. 120 a] hunc Ihesum quem uos crucifixistis. Et Dominus saeculum esse, in falsis fratribus dixit: Vos de saeculo estis, et de hoc mundo. Et iterum discipulis ait: Si uos mundus odit, me primum odit.

Tenentes inquit quattuor uentos terrae ne flarent in terram neque in mare, neque in nullam arborem [Ap 7,1].

Terra et mare et arbores, homines dicit: Ne flarent ¹³⁴, id est ne spiritum suum tradent, et sui ¹³⁵ similes efficiantur.

Et uidi alium angelum ascendentem ab ortu solis habentem signum Dei uiuentis [Ap 7,2]. Alium angelum, eandem Eꝯclesiam dicit: *Ab ortu solis* quod dicit, id est a passione Domini clamantem in quatuor angulis terre. Sol Christus est. Non enim sicut ordo reuelationis est post quatuor angelos, ut uidisset alium angelum. NON. Sed utrumque ab initio libri unum angelum uidit. Vnum est enim, atque idem, Eꝯclesia prædicat Aecclesiam. **Et clamauit uoce ¹³⁶ magna quatuor angelis quibus data est potestas ledere terram et mare** [Ap 7,2]. Primum dixit uentos tenere ab angelis ne flarent ¹³⁴ in terra et mare. —

128. omnes corr. en omnis.

129. bi ajouté en interligne.

130. operiatur corr. en aperietur.

131. tales principes corr. en talibus principibus.

132. quam corr. en quem.

133. principes corr. en princepibus.

134. flent corr. en flarent par surcharge et ajout de re en interligne.

135. s final gratté.

136. m final gratté.

— Nunc angelus dicit, ne leseritis terra et mare. Ostendit unum esse. Nam et in alia recapitulatione nouissimo certamine angelis dixit: solui quatuor trans flumen Eufraten. Isti et illi unum sunt, quos hic uentos dixit tenere. Ex quo autem passus est Dominus, ligatus est diabolus, sicut Dominus dicit: Quomodo potest quis intrare in domum fortis, [fol. 120 b] nisi prius alliget fortem? Manifestum est diabolus¹³⁷ esse ligatum¹³⁷ et pedibus Ecclesiae subiectum¹³⁷. Sicut scriptum est: Dixit Dominus Domino meo, sede a¹³⁸ dextris meis, donec ponam inimicos tuos omnes sub pedibus tuis. Ligatus est itaque diabolus in corpore suo, id est in homines malos, ne seducat nationes credentes in quattuor angulis terre, id est Aecclesia, quę corpus est Christi. De quo corpore dicit: **Ne leseritis terram neque mare neque arbores, donec signemus seruos Domini nostri in frontibus eorum** [Ap 7,3]. Imperium Domini est, quod angelus id est corpus eius, quod est Aecclesia, adnuntiat et dicit: Sinistri ledendi, id est ypocrite dicit. Ne leseritis, quia spiritualiter Aecclesiam ledit. Haec est uox quę in medio quatuor animalium dicit ledenti: *Vinum et oleum ne leseritis* [Ap 6,6]. Precepit Dominus terram suam, id est Ecclesiam suam, spiritualiter non ledere¹³⁹, quousque omnis serui Dei signentur.

EXPLICIT EXPLANATIO QVATVOR ANGELIS VENTORUM.

INCIPIT¹⁴⁰ **STORIA CXLIII MILIA IN LIBRO QVARTO.**

*Et*¹⁴¹ *audiui numerum signatorum, CXLIII^{or} milia signati, ex omni tribu filiorum Israel.*

Ex tribu Iuda, XII milia signati.

Ex tribu Ruben, XII milia signati.

Ex tribu Gad, XII milia signati.

Ex tribu Aser, XII milia signati.

Ex tribu Neptalim, XII milia signati. [fol. 120v° a]

Ex tribu Manasse, XII milia signati.

Ex tribu Simeon, XII milia signati.

Ex tribu Ysacar, XII milia signati.

Ex tribu Zabulon, XII milia signati.

Ex tribu Ioseph, XII milia signati.

Ex tribu Benjamin, XII milia signati.

Ex tribu Leui, XII milia signati.

Post haec uidi et ecce turba multa quam dinumerare nullus poterat ex omni gente, et tribu, et populis, et linguis. Stantes in conspectu sedis et agni, amicti stolis albis¹⁴² et palmę in manibus eorum. Et clamabant uoce magna dicentes: **Salus Deo nostro, sedenti supra sedem et agno. Et omnes angeli stabant in circuitu sedis et seniorum et quattuor animalium. Et prociderunt in conspectu sedis super faties suas, et adorauerunt dicentes amen. Benedictio et gloria et sapientia et gratiarum actio, et honor, et potestas, et uirtus Deo nostro, in saecula saeculorum. Amen** [Ap 7,1-12].

EXPLICIT STORIA.

137. us final corr. en um.

138. ad corr. en a et lié à dextris.

139. ledi corr. en ledere par surcharge et ajout de re en interligne.

140. Grande initiale non rehaussée faiblement rentrante.

141. Initiale rehaussée de couleurs sur trois lignes.

142. stolas albas corr. en stolis albis.

[fol. 120v^ob – 121] **Illustration : L'Adoration de l'Agneau et la foule des Élus palmigères** (Ap 7, 9-17) :

Registre supérieur : au centre : dans un cercle, l'Agneau sur une croix, entouré des quatre Animaux : MATHEUS, MARCUS, IOHANNES, LUCAS, et de 20 anges prosternés.

Registre central : sur un fond jaune, 21 personnages debout, tenant des palmes : UBI SANCTI TENENT PALMAS ET DICENT BENEDICCIO ET GLORIA ET SAPIENTIA ET GRATIARUM ACCIO ET HONOR ET POTESTAS ET UIRTUS DOMINO NOSTRO IN SECVLA SECVLORUM.

Registre inférieur : sur un fond vert foncé, 21 personnages tenant des palmes.

[fol. 121v^o – 122] **Illustration : Théophanie de la Trinité** (Ap 7, 11-12) :

À l'intérieur d'un grand cercle entouré de 15 anges agenouillés : dans un cercle, Christ en majesté entouré des quatre Animaux et des 24 Vieillards.

[fol. 122v^o a]

INCIPIIT ¹⁴³ **EXPLANATIO SVpra SCRIPTę STORIE IN LIBRO QVARTO.**

Et ¹⁴⁴ **audiui numerum signatorum centum quadraginta quattuor milia signati, ex omni tribu filiorum Israel** [Ap 7,4].

Centum quadraginta quattuor milia omnis omnino Aecclesia est. Quod exemplis facile est probare, qualiter sit per rationem. Vt si per partes queratur duodenarius numerus simul ductus, plenitudinem suam excedit, ut puta habet enim partes quinque, duodecim quod est unum. Sextam, quod duo. Quartam quod tria. Tertiam quod quattuor. Dimidiam quod sex. Vnum enim et duo et tria et quattuor et sex simul ducta, quindecim fatiunt. Et longe a duodenario numero excedunt ; sed tamen misterium fatiunt ; unus, in numeris diuidi non potest. Ab ipso enim, surgit omnis numerus. Deum enim ¹⁴⁵ significat, a quo surgit omnis origo, qui diuidi et scindi non potest. Duo duo Testamenta intelliguntur. Tria Trinitatem que est Deus, que quamuis tres sint ¹⁴⁶ personae, in una creduntur unitate naturae. Quattuor, quid aliud, nisi quattuor aeuangelistas ? Senarius igitur numerus ¹⁴⁷ perfectus est, quia partibus suis completur. Habet enim tres partes : Sextam, tertiam, et dimidiam ; tres ¹⁴⁸ Hęc partes ¹⁴⁹ in summum ductę, id est unum et duo et tria simul eundem numerum consummant perficiuntque [fol. 122v^o b] senarium. Ideoque per huius numeri perfectionem, sex diebus operatus est Deus omnem creaturam. Tres hęc partes senarii numeri demonstrant nobis Trinitatem, Deum in Trinitate, numeri, mensurę et ponderis fecisse, omnem creaturam. Cognoscere ¹⁵⁰ ergo plurimam ualere senarii numeri perfectionem, in scripturis sanctis frequenter inuenimus.

143. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur 2 lignes, suivie de capitales également rehaussées de couleurs.

144. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur 3 lignes.

145. enim écrit dans la marge, avec signe de renvoi dans le texte.

146. sunt corr. en sint.

147. Une lettre grattée avant le us final.

148. Trait de liaison entre tres et hęc.

149. in gratté devant partes.

150. re final ajouté en interligne d'une encre plus foncée.

Pręsertim in morte Domini simplam, et in resurrectione Domini simplam. Mors itaque Domini nostri Ihesu Christi non fuit in anima sed in carne sola. Mors uero nostra, non solum in carne, sed etiam in anima propter peccatum.

In carne uero, propter pęnam ¹⁵¹ peccati. Ille uero quia peccatum non habuit, in anima non est mortuus nisi tantum in carne.

Et hoc propter similitudinem carnis peccati, quam de Adam traxit. Igitur simpla eius mors, profuit duplę nostrae. Et simpla eius resurrectio profuit duplę nostrae. Mors carnis Christi, et resurrectio duae sunt. Mors carnis nostrae et resurrectio nostra, duę sunt. Mors enim nostra et resurrectio anime nostrae duae sunt. Duę ¹⁵² mortes nostrę ¹⁵² et duę ¹⁵² resurrectiones nostrę ¹⁵². Duę ¹⁵² et duę ¹⁵² quatuor sunt. Vnam mortem Domini et unam resurrectionem eius. Adde quatuor nostras, sex fiunt. Igitur simplum Domini et duplum nostrum tres sunt. Et quia senarius numerus tres partes habet, sicut ¹⁵³ supra diximus, unum et duo et tres, sex fatiunt. Nam et triginta sex hore quibus fuit Dominus in inferno, simplum Domini, et duplum nostrum compleuit. Duodecim igitur hore fuerunt diurnę, et uiginti quatuor nocturnę. Iste XXIII. [fol. 123 a] ad duplam ¹⁵⁴ mortem nostram congruunt, et ille XII hore diei ad mortem Domini simplam reductę ¹⁵⁵ in unum senarium numerum fatiunt. Reuera enim et natiuitas Domini, senarium numerum habet. Quadraginta sex annis aedificatum est templum hoc dicebant Iudei, in Euangelio quod intelligitur de corpore Domini. Quadraginta sex anni positi sunt pro diebus quadraginta sex.

Et quia quadraginta sex diebus dicunt infantem formari in utero, et subinde usque ad diem parturitionis crescit. Computa ergo ¹⁵⁶ sex uices quadraginta sex, et inuenies dies CC^{os} ¹⁵⁷ quadraginta sex, qui fatiunt menses nouem et dies sex.

Computa ergo ab VIII kalendas Aprilis quando passus est Christus Dominus, tunc aetiam creditur fuisse conceptus. Et usque in diem VIII kalendas ianuarii, et inuenies dies CC^{os} LXXVI ¹⁵⁷ qui constant per senarium numerum. Quid de illa muliere in Euangelio, quam ¹⁵⁸ decem et octo annis ¹⁵⁹ curuauerat Sathanas ¹⁶⁰ quam sanauit Dominus, que ¹⁶¹ tot annis curua iacebat, quia et ipsi senarium numerum habent. Ter igitur seni X^m VIII ¹⁶² fiunt. Illa itaque mulier intelligitur genus, hominum, quod ¹⁶³ sexta etate saeculi a captiuitate diaboli Dominus liberauit. Quia sex dies, in quibus operatus est Dominus ebdomada est, et sex milium annorum figuram ostendunt, quę una ebdomada nuncupatur. Prima etas ab Adam ad Noę, et sunt anni MCCLXXII. Secunda a Noę usque ad Abraam, et

151. Tilde ajoutę d'une encre noire.

152. a final corr. en æ d'une encre plus noire.

153. secundum corr. en sicut.

154. duplem corr. en duplam.

155. i final corr. en ę.

156. Lettres grattęes devant sex.

157. os ajoutę en interligne d'une encre plus sombre.

158. qui corr. en quam.

159. annos corr. en annis.

160. h ajoutę en interligne.

161. qui corr. en que.

162. m ajoutę en interligne d'une encre plus sombre.

163. quem corr. en quod par grattage et surcharge à l'encre noire.

fiunt anni DCCCCXLII. Tertia a ¹⁶⁴ Abraam, usque ad [123 b] Dauid ¹⁶⁵. Quarta ¹⁶⁶ a Dauid usque ad transmigrationem Babilonie, quod fluxerunt anni. Quinta a transmigracione Babilonie, usque ad aduentum Domini nostri Ihesu Christi. Et ab aduentu Domini nostri Ihesu Christi usque in presentem eram, idest DCCCXIII. Sunt anni DCCLXXVI. Et [a] ¹⁶⁷ primo homine Adam usque ad Christum fuerunt anni v milia CLXVIII. Computa ergo a primo homine Adam usque in presentem eram DCCCXIII et inuenies annos sub uno quinque milia DCCCLXXVI. Supersunt ergo anni de sexto miliario XXV finiet ¹⁶⁸ quoque sexta etas in era DCCCXXXVIII.

Residuum saeculi tempus humane inuestigationis, incertum est homini ¹⁶⁹, de hac re facere ¹⁷⁰ questionem Dominus noster Ihesus Christus abstulit dicens : Non est uestrum scire tempora uel momenta, que Pater posuit in sua potestate.

Et alibi : De die autem illa et hora, nemo scit neque angeli celorum, nisi Pater solus.

Et qui diem dixit et horam, aliquando enim ¹⁷¹ pro tempore ¹⁷² dicuntur. Aliquando uero, simplicitate intelliguntur ¹⁷³. Vt sciatis in ueritate sexto millesimo anno finiendus erit mundus. Vtrum impleatur an minuetur, soli Deo cognitum est. Ceterum ut suspicemus, de septimo non possumus, quia nec scriptum inuenimus. Sex diebus operatus est, quos inuenimus a mane usque ad uesperam esse finitos. De septimo non legimus, nisi [fol. 123v° a] requieuisse ¹⁷⁴. Et per sex dies sex milium annorum figuram ostenderet, quibus saeculi istius etas deducitur indicaret. In septimo, resurrectionem omnium sanctorum, et quia sexto die hominem fecit, et de costa eius quod est latus facta est femina, et ex his duobus creuit genus humanum ¹⁷⁵ et repleta est terra ita intellegas sexta etate saeculi quasi sexta die primum hominem Adam de noua terra, sic secundum Adam quasi sexto die de noua uirgine nasci Christum, et quia diximus uirgine noua, talis non fuit inuenta de semine Adam, neque alter talis filius, de semine eius qualis Christus. Et sicut Adam dormiente ¹⁷⁶ de latere eius ¹⁷⁷ facta est femina et repleta est terra, ita et secundus Adam Christus somno passionis dormiens ¹⁷⁸ de latere eius facta est Aecclesia, ut repleatur celestis paradisi terra de qua Dauid orabat : Credo uidere bona Domini in terra uiuentium. Et sicut sexto die finito nichil legimus Dominum operatum, nisi cessare ab operibus et requieuisse, ita credimus sexto millenario utrum finito an non diem

164. Le b de ab effacé et remplacé par une liaison.

165. quod constant anni écrit après David, puis rayé.

166. Les 7 premières lignes de la page sont coupées au centre par un très grand trou antérieur à la copie.

167. a gratté après et.

168. finiebat corr. en finiet.

169. enim gratté devant de.

170. facere ajouté dans la marge.

171. enim ajouté en interligne à l'encre noire..

172. tempora corr. en tempore par surcharge sans effacement de a.

173. intelleguntur corr. en intelliguntur.

174. Un grand trou réduit les six premières lignes de la page à quelques mots.

175. genus humanum ajouté dans la marge d'une encre plus sombre avec signe de renvoi dans le texte.

176. i final corr. en e.

177. eius ajouté dans la marge avec signe de renvoi dans le texte.

178. dormientis corr. en dormiens.

resurrectionis esse. **Quid** ¹⁷⁹ a die et ora ut ait ipse Dominus, nemo scit neque angeli celorum, nisi pater solus. Et alius ¹⁸⁰ euangelista addidit quod neque filius scit ¹⁸¹. [fol. 123v° b] Nos uero non secundum litteram, sed secundum sensum intelligere debemus, ne forte sicut sonat heretici quos Inoytas et Trioytas qui a Teudosianis exorti dicuntur, quod absit, cum ipsis sentiamus. **Hii** asserunt ¹⁸² quod Christi diuinitas ignorare futura que sunt scripta, de die et hora nouissima. Non recordantes Christi personam in Eşayam loquentis, dies iudicii ex corde meo.

Vnde manifestum est quod Filius scit ¹⁸³, sed discipulis indicare noluit, ut semper de morte suspecti et incerti, in saeculo spem non haberent. Nam de die legimus, quia sicut Dominus noster Ihesus Christus die dominico resurrexit a mortuis, ita nos resurrecturos in nouissimo saeculo, die dominico speramus.

Sed quia reuoluentem hunc diem in calculo, multi dominici dies efficiuntur. Quo tempore, quo anno, qua hora, qua die ¹⁸⁴, resurrectio sit, nescimus. Vtrum minuet de istis ¹⁸⁵ xx annis ¹⁸⁵, solus Deus scit. Sed tamen aetiam de repromissione dominica legimus, mutasse sententiam. Denique in ¹⁸⁶ Genesi legimus centum uiginti annos penitentiae constitutos ante diluuium. **Qui** qui ¹⁸⁷ tanto tempore, id est centum annis noluerint agere penitentiam, nequaquam expectabit ¹⁸⁸ Dominus, ut xx alii compleantur, sed infert ante quod postea fuerat comminatus. Sic cum Eşayas Ezechiam regem dixerat moriturum; quindecim anni leguntur addidisse; et Niniuitarum adhuc tres dies et Niniue subuertetur. Et tamen ad preces Ezechiae et Niniue ¹⁸⁹ Dei sententia commutata est. Non nouitate iudicii, ut Deus consilios [fol. 124 a] nouos habeat, qui nunquam per uarietatem temporum mutatur. Et scriptum est: Semel locutus est Deus duo, quia semel decreuit ante saecula, qualiter per saecula disponantur. Sed eorum conuersione mutat sententiam, qui meruerint indulgentiam. Neque enim Deus hominibus, sed uiciis irascitur.

Qui cum in homine non fuerint, nequaquam punit. Alioquin, et in Iheremia ¹⁹⁰ loquitur. Se mala minari super gentem et si bonum fecerit, minas clementia commutare. Rursum bonum genti se asserit ¹⁹¹ promitti ¹⁹², et si mala fecerit, dicit se mutari sententiam.

Vnde eidem Iheremieę dicitur cum orasset pro populo, ob duritiam cordis populi Iudeorum: Ne ores pro populo hoc, quia non exaudiam te. Et ad Samuel: Vsque quo luges super Saul et ego abieci eum? In cinere igitur et sacco postulat impleri,

179. d final ajouté en interligne d'une encre noire.

180. in alio corr. en alius.

181. scierit corr. en scit avec liaison.

182. adserunt corr. en asserunt.

183. scivit corr. en scit.

184. Le grattage de qua era a laissé un blanc en fin de ligne.

185. os final corr. en is.

186. et in corr. en in.

187. quicquid corr. en qui qui.

188. expectat corr. en expectabit. par surcharge et ajout de bit dans la marge d'une encre plus noire.

189. Une lettre grattée a laissé entre Ni et niue un blanc comblé par une liaison.

190. e final corr. en a.

191. ad initial corr. en as.

192. t final gratté.²

quod promiserat Deus. Non quod ¹⁹³ esset incredulus futurorum, sed ne securitas neglegentiam, et neglegentia pareret offensa. Ita ut supra dictum est, intelligere debet et ¹⁹⁴ expectare et timere omnis catholicus hos xxv annos, tamquam unam horam putare, et die noctuque in cinere et cilitio tam se in quam mundi ruinam plangere. Et de supputatione annorum supra non querere, et diem extremi saeculi uel tempus supra non queat inuestigare, que nemo scit nisi Deus solus. Vnusquisque ergo de suo co-[fol. 124 b]-gitet transitu, sicut sacra ¹⁹⁵ scriptura ait : In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, et in ęternum non peccabis. Quando enim quisque de saeculo migrat, tunc illi consumatio saeculi est. Sed quia ¹⁹⁶ senario numero usque ad finem mundi excessimus, dignum est ut ad senarium numerum recurramus, qualiter non solum mundum, sed aetiam tota Ȓcclesia per unum numerum Deo praesule disputemus. Vnde sapientibus et uiris catholicis, uel religiosis ratio ¹⁹⁷ eorum contemnenda non est. In multis enim sanctarum scripturarum locis, quantum misterium habent elucet. Non enim sine causa in laudibus Dei dictum est, omnia in mensura et numero et ¹⁹⁸ pondere fecisti. Senarius namque partibus suis perfectus est pro perfectione ¹⁹⁹ istius mundi, quamdam ²⁰⁰ numeri sui significationem declarat. Similiter et quadraginta dies quibus Moyses et Elias et ipse Dominus ieiunauerunt, sine numeri ²⁰¹ cognitione non intelleguntur. Sic et alii in scripturis sacris numeri existunt.

— ²⁰² Quorum figuras non nisi noti huius artis scientia ²⁰³ soluere possunt ²⁰⁴.

Tantum aetiam nobis, ex magna parte, sub numerorum consistere disciplina. Quando horas ²⁰⁵ horam dicimus, quando mensium ²⁰⁶ curricula supputamus. Quando spatium anni redeuntis agnoscimus, quando milia [fol. 124v° a] annorum ab exordio mundi usque in finem inuenimus. Si ²⁰⁷ quidem Dominus in quarti diei ²⁰⁸ opera ait : Fiant luminaria in firmamento cęli, ut luceant super terram, ad incoatione diei et noctis, et ut diuidant inter diem et noctem, ut sint insigna et tempora, et dies et annos, et sint in splendore in firmamento caeli et luceant super terram. Quibus ita perfectum est luminibus ipsis, antecederet lux ²⁰⁹ tribus diebus. Vnde michi uidetur Ȓgyptii caetereque gentes hoc sequentes decretum, quattuor annis impletis, diem integrum superfluum adicere ²¹⁰. Quod

193. d *intercalé à la fin de quo.*

194. et *ajouté dans la marge.*

195. s *final et plusieurs lettres grattées après sacra.*

196. qui ad *corr. en quia.*

197. rationis *corr. en ratio.*

198. et *ajouté en interligne.*

199. m *final gratté.*

200. quidam *corr. en quamdam.*

201. numerorum *corr. en numeri.*

202. *Tiret dans la marge.*

203. s *final gratté.*

204. possit *corr. en possunt par ajout de un en interligne sans suppression du i.*

205. h *initial ajouté en interligne.*

206. mensuum *corr. en mensium.*

207. sic *corr. en si.*

208. quarto die *corr. en quarti diei.*

209. lucis *corr. en lux d'une encre plus sombre.*

210. *Une lettre grattée après c.*

etiam bissextum solent nominare. Nam cum tres dies istos computare quid sint atque recogitare uoluerimus anni centesimamque partem esse cognoscimus. Centesima autem et uicesima dies inuicem computata, ista tertia pars esse anni dinoscitur. Tertia igitur addita parte annuali, quadrigenus²¹¹ dies integer completur, atque ad partium partes menses atque anni superflui computantur. Quos Ebrei quidem imbolismos uocare solent, id est superadiationes, qui de pascha, usque in aliud²¹² pascha dies CCCLXXXIII fatiunt, unde de²¹³ pascha²¹⁴ errare solent, qui calculi nesciunt rationem. Egyptii²¹⁵ uero hos, exultationes siderum atque stabilitates immo bissextum appellant, propter rememorationem lucis atque dierum et noctium, quę luminibus antecesserunt cęlebrantur²¹⁶. Ideo quod tres dies sine auctore sole praecesserunt. Certum est enim propter [fol. 124v° b] sanctarum scripturarum traditionem per numerum educere²¹⁷ omnem Aecclesię ordinem. Per numerum siquidem ne confundamur, instruimur. Tolle saeculo computum, et cuncta, ignorantia cęca complectuntur²¹⁸. Nec differri potest a ceteris animalibus, qui numeri nesciunt rationem. Et quia supra iam per senarium numerum diximus, de muliere curua, quę omne omnino genus prefigurauit humanum. Nunc restat ut ebdomada istius saeculi, per distinctionem dierum et noctium, disserendo deducamus usque ad Christum. Et quia diximus sex diebus consummauit Deus opera sua, et septimo requieuit, quia hic mundus in sex etates constare dicitur, et in septima erit requies sanctorum cum Domino. **Quarum prima aetas est**, ab Adam usque ad Noę, que²¹⁹ habuit mane ipsam conditionem hominis in paradiso. **Habuit uesperam diluuium**, hic quasi primus dies in creatione rationalis creature angeli et hominis, qui dicuntur filii Dei.

Post expulsionem a paradiso, Adam²²⁰ duos habuit filios, simplicem et impium. Impius occidit²²¹ pium, et pro eo natus est Seth qui dictus est filius Dei. Et facti sunt duo populi, id est agnus et bestia. Et quia uoluntate conditoris, duo populi agnus et bestia, communes liberos et coniuges miscuerunt, factum est diluuium. **Secunda aetas est** a Noę usque ad Abraam. **Habuit mane arca**, quę prima uocatur spetialis Aecclesia, quę tricamerata tres partes saluauit, id est homines, bestias, [125 a] et aues, quę secunda dies firmamentum nuncupatum est, et tres filii Noę, quasi tria animalia, id est aries et uitulus et capra ab his tribus omnis terra est diuisa. **Habuit ueram confusionem linguarum**, et ruinam turris Nembrot gigantis. **Tertia etas est** ab Abraam, usquę ad Daud. **Habuit mane**, separatione Abrahe a gentibus. **Quę** habuit mane ipsum Abraham²²² quasi tertia die

211. quadrigenos *corr. en* quadrigenus.

212. alia *corr. en* aliud.

213. de *ajouté en* interligne.

214. s *final gratté*.

215. Egyptios *corr. en* Egyptii à l'encre noire.

216. n *ajouté en* interligne devant tur.

217. e *final écrit à l'encre noire sur des lettres grattées*.

218. i *corr. en un* devant tur.

219. qui *corr. en* que.

220. homo *corr. en* Adam.

221. occisit *corr. en* occidit.

222. h *ajouté en* interligne.

separatae sunt aquae ²²³ ab aquis, id est patriarche a gentibus, ubi Moysi ²²⁴ lex ²²⁵ est data. Dixit autem Deus ad Abraham²²² : Ego sum Dominus qui eduxi te de terra Caldeorum, ut darem tibi terram istam hereditare. Et dixit Abraham : Quomodo sciam quia hereditabo eam ? Et dixit illi Deus :

Accipe tibi uaccam trimam, capram trimam, arietem trimum, turturem et columbam.

Hec tria animalia, filii sunt Noe. Aries, Sem, de quo natus est agnus. Vacca Cam, de quo natus est uitulus. Capra Iafeth, de quo natus est Yrcus. Haec tria animalia diuisit per medium, fecit sex partes de toto mundo per senarium numerum.

Tres partes dextrae ²²⁶ et tres sinistrae ²²⁶. Id est Aecclesia et Sinagoga. Aues uero non diuisit, id est omnis caro sanctitatis, cum Spiritu ²²⁷ Dei coniuncta, non iam diuisi sed uniti, ad celos uolantes ascendunt. Nam illa diuisa animalia, gentilem populum significant ²²⁸, credentium Christum et incredulorum. Hic dies habuit uesperam, impiissimum regem Saul.

Quarta aetas est a Dauid usque ad transmigrationem ²²⁹ populi Iudeorum in Babilonia. Habuit mane ipsum Dauid, a quo cepit [fol. 125 b] splendor regni et prophetiae ²³⁰, quasi quarti diei ²³¹ luminaria. Habuit uesperam peccatum, regnum et sacerdotium pro quibus gens illa meruit captiuari in Babilonia, et quia quatuor peccata commiserat homo Iuda. Id est furta, adulteria, homicidia, et idolatria, pro quibus ²³² Ieremias quadruplici planxit alfabeto. Errauit de semita prophetie, per quam ueniebat ad uiam que dicitur Christus, iactatus est in deserto, incidit in leena, que et rapuit eum. Surrexit ursus, tulit leene predam. Surrexit pardus, tulit urso praedam.

Surrexit bestia terribilis, dentes ferreos habens, capita septem et cornua decem, tulit pardo predam, et possedit eam.

Quinta etas est de transmigratione Babiloniae, usque ad aduentum Domini nostri Ihesu Christi. Habuit mane Iheremiam, uel Daniele ²³³, quia ²³⁴ quinto die primam benedictionem piscis in aqua et auis. In passione, habuit uesperam, peccatum populi Iudeorum, quando excecati sunt, ut aetiam Dominum nostrum Ihesum Christum non possunt agnoscere.

Venit agnus immaculatus, tulit bestie terribili que ²³⁵ septem capita habebat et decem cornua, superauit eam et excussit eius predam, id est quem supra diximus, hominem Iuda. Homo cumque se cognosceret a tantis periculis ab agno liberatum, inuidia ductus, occidit ²³⁶ agnum. Haec nimirum bestia parturiuit

223. separata aqua *corr. en* separatae sunt aquae.

224. Moyses *corr. en* Moysi.

225. et *gratté devant* lex.

226. as *final corr. en* æ.

227. Spiritum *corr. en* Spiritu.

228. significauit *corr. en* significant.

229. is *final corr. en* em.

230. a *final corr. en* æ.

231. quarto die *corr. en* quarti diei.

232. qua *corr. en* quibus.

233. um *final corr. en* em.

234. quasi *corr. en* quia.

235. qui *corr. en* que.

236. occisit *corr. en* occidit.

hominem, qui ²³⁷ et multa electorum corda tenuit, sed hanc predam a Iudam, moriens agnus excussit. Hic est agnus quem ad uesperam [fol. 125v° a] Iudei succincta ²³⁸ per lumbos uestimenta, baculum ²³⁹ in manu ²⁴⁰ comessare se credunt. Et Dauid ait : Ad uesperum demorabitur fletus et ad matutinum leticia. Nam cum istis baculis cum quibus immaculati agni carnes appetunt, Iuda Scarioth ad ²⁴¹ uexillarium suppositionis, ultimum tempus ad occupandum saluatorem noctis tumultuositas, plebeia conuenit. Quibus ita agni acerua uox intonuit, quasi ad latronem cum gladiis et fustibus aduenistis ? Gladii scilicet principes sacerdotum et seniores populi a ²⁴² quibus agnus occiditur. Fustibus plebs minuta, quibus blasphemantium popularitas per armata. Nam quod sub uespera imago Dei agnus iste decipitur, nocte Iudeis lenocinio adulterate legis, populum Israel admissum peccatum per inopportunitatem, ceci blasfemantes fouendo, quod fixerat, separatus a luce, in tenebris ²⁴³ includebat, ut noxa criminis cecus tenebrarum sequeretur adsensus. Passio Christi inter lucem et tenebras, magno sacrificio litabatur lucis, cuius Christus nomen adsumpserat, temporali ²⁴⁴ lapsus uidebatur occasu, ut post tenebras cruenta cene, qua agnus fuerat immolatus Christus, iterum in alia die tribus ex inferis, damnatis ²⁴⁵ trine mortis terrore, cum sua luce fulgeret. Merito sub hac Domini passione, ipsi autem agni immaculati atque perfecti uellera, omnes Christiani intra Ecclesiam nent ²⁴⁶ et texunt. Et quasi sub Trinitatis nomine, [fol. 125v° b] id est staminis, licii et trameę, unius substantię lanae, unum Deum in Trinitate se asserunt ²⁴⁷.

Sed tamen haec lana, quid cui melius esse uidetur diuersis coloribus heresum, diuersę tincturę colore fuscatur ²⁴⁸. Alii uermiculo, alii uiride ²⁴⁹, alii croceo, alii coccino. Alii alio uario, rubeo uel nigro colore subrideant, perfectis ²⁵⁰ tamen castulis imbuantur, agni uellera candidata texere conantur ²⁵¹. Nam quod agni uellus ²⁵² candidatum ²⁵³, diuersi coloris tinctura fuscatur, significat ²⁵⁴ hereses que ²⁴⁹ ex niuali lana, ueste plus quam innocua mutando per colores, et uariando se amaritudine tincturę, semper inficiunt. Sed ex una Christi lana cuius splendore profecto debuerant insipientię sectę ²⁵⁵ mutari ²⁵⁶, ut ex uno agni

237. quia *corr. en qui.*

238. i *final corr. en a.*

239. o *final corr. en um.*

240. m *final gratté.*

241. scariotha *corr. en Scarioth ad par ajout de d en interligne.*

242. de *corr. en a.*

243. tenebram *corr. en in tenebris avec ajout de in dans la marge.*

244. o *final gratté.*

245. os *final corr. en is.*

246. neunt *corr. en nent.*

247. ad *initial corr. en as.*

248. n *gratté devant tur.*

249. i *final corr. en e.*

250. s *final ajouté en interligne.*

251. n *ajouté en interligne avant tur.*

252. ex agni uellere *corr. en agni uellus.*

253. o *final corr. en um.*

254. istae sunt *corr. en significat d'une autre main.*

255. a *final corr. en æ.*

256. mutantur *corr. en mutari.*

bellare anniculi perfecto candore translatis uestibus, sectę multę et hereses oriuntur, quibus sint damnabiles officinę. Et quanto se, obumbrandam per floeos colores heresis profanata confecerit, medicaminibus erbis, pictura leuauerit matricem lanae, post illud uelleris fronde uestis in ipso discordię suę curriculo Christum Dominum quem figmentis simulationibus fallit, confiteri pęnitus non audebit. **De** talibus in Euangelio ait : **Multi** dicent mihi in illa die, Domine, Domine, in tuo nomine manducauimus et bibimus, et in tuo nomine demonia eiecimus, magnalia fecimus. **Tunc** respondebit ²⁵⁷ et dicet eis : **Discedite** a me operarii iniquitatis, non noui uos in domo patris mei, [fol. 126 a] id est in Ecclesia. **Neque** enim proderit cuiquam dicere, sed facere. **Hic** est agnus qui natus est de illo ariete, Sem filio Noę. **Cum** hoc agno, leo et ursus et pardus, uitulus et ouis et capra, simul morantur. **Solum**, bestia terribilis, cum decem cornibus ²⁵⁸ et septem capitibus ²⁵⁹ cum eo est in conflictum.

Iste agnus est qui in montem Sion, id est in speculatione Ecclesię, uirtutum erbas decerpit, a quo bestia cotidię superatur et capta tenetur. **Iam** sextum saeculum fit quod ²⁶⁰ nunc est ab ²⁶¹ aduentu Domini ²⁶², usque quo mundus finiatur, et ueniat ad iudicium. **Habet** mane, lumen uerum Christum, qui semper oritur in corda ²⁶³ credentium qui dies perfectus nuncupatur. **Habet** uespere, sinagogam uel ignorantiam stultorum, scismarum, ypocritarum et hęresum, siue in fine perpetuam noctem ipsum Antichristum. **Hic** est dies primus in operatione et nouissimus in perfectione.

In hanc aetatem facit finem, et recapitulat a principio. Sic enim dictum est :

IN principio fecit Deus cęlum et terram, terra autem erat inanis et uacua. **Iste** est principium, in quo fecit Deus caelum et terram.

In cęlum intelligimus Spiritum, in terra intelligimus carnem. **Predestinavit** in principio hunc hominem Christum, Salomone adtestante : **Dominus** creauit me, in principio uiarum suarum. **In** principio creatum dicit, id est praedestinatum. **Totius** Trinitatis unitati dictum est : **Faciamus** hominem ad imaginem et similitudinem nostram. **Ad** cuius imaginem factus est Adam, similitudo tamen in Christo [fol. 126 b] reseruatur. **Sed** quia terra est inanis et uacua, id est inuisibilis, et inconposita, quod nec uideri nec palpari potest. **Ecce** iam uisibilis est, ecce iam palpari potest, sicut ipse dicit : **Palpate** et uidete, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me uidetis habere, et nolite esse increduli, sed fideles. **Ecce** iam terra conposita, in quo principio creauit Deus caelum et terram, id est spiritum et carnem. **Et** in hoc cęlo et terra continentur ²⁶⁴ omnia, id est uisibilia et inuisibilia.

Omnis namque creatura, antequam tempore suo fieret, in ipso Dei Verbo, id est in Filio, quod est principium ; prius erat ab angelis cognoscenda et sic suo tempore facienda. **Quapropter** ipsa creatura, cognitio in semetipsis uespera erat. **In** Deo autem manet, quia plus uidetur ipsa creatura in Deo, quam in semetipsa

257. respondens *corr. en* respondebit.

258. cornua *corr. en* cornibus.

259. capita *corr. en* capitibus.

260. quę *corr. en* quod *par surcharge et d en interligne*.

261. ab *ajouté en interligne*.

262. agitur *gratté après* Domini.

263. e *final corr. en* a.

264. n *ajouté en interligne devant* tur.

uideretur ²⁶⁵ creatura ²⁶⁶. Plus scilicet uidetur in arte qua facta est, propterea enim ait euangelista Iohannes :

Quod factum est in ipso, uita est. Omnia igitur que facta sunt et uitam non habent, in ipso uerbo Dei uita sunt, in se ipsa non sunt uita. Cælum, terra, lapis uitam non habent, et tamen in Deo uita sunt. Viuunt igitur in Deo sine initio, atque incommutabiliter omnis creatura. Ac per hoc plus uidetur ab angelis sanctis in Verbo Dei, ubi sunt uita, quam in seipsa. Et ne forte aliquem moueat, ut dicat aliquis omnia Filius fecit et Pater et Spiritus Sanctus non fecit. Omnia que [fol. 126v° a] facta sunt siue in cælo ²⁶⁷ siue in terra, sancta Trinitas fecit, id est Pater et Filius et Spiritus Sanctus.

In personis trinus, sed in natura unus est Deus. Communis operatio Trinitatis, una potestas et una maiestas. Intellige ²⁶⁸ quod dicit : In principio creauit Deus caelum et terram. Terra autem erat inanis et uacua, et spiritus Domini ferebatur super aquas, id est super omnem creaturam.

In Deo Patrem dicit, in principio Filium, in Spiritu Sancto Spiritum Sanctum. Ecce commune opus ²⁶⁹ Trinitatis. Nam cum dixit Deus fiat lux, angelis ²⁷⁰ dixit, quia non in tenebris erat Deus, sed quia se primitus ab angelica creatura cognosci uoluit, quod præscitus ²⁷¹ in carne est. Ideo dixit fiat lux. Iste est dies inchoationis ²⁷² creaturae, qui non primus sed unus est nominatus, quia primus dierum omnium Christus est. Primus ergo dies angelorum dicitur, sed in creatione mundi, quia de omni creatura ipse primus cognouit factorem suum, ergo in cognitionem sui primus dies. In cognitionem firmamenti, secundus. In cognitionem diuisionis aquarum, tertius. In cognitionem solis ac lunae et stellarum, quartus. In cognitionem uolatilium ac reptilium, quintus.

In cognitionem iumentorum et ferarum uel ipsius hominis, sextus. Vides hominem sexto die factum, iam in anima et carne præscitus erat Christus et prædestinatus et ab angelica creatura cognitus, quando iste Adam factus est primus, cum Pater ad Filium personaliter diceret : Faciamus hominem ad imaginem et simili-[fol. 126v° b]-tudinem, unitatem substantiae demonstrauit. Nostram uero, personaliter dixit. Et fecit Deus, substantialiter dixit. Voluit se uideri Deus qualis esset in forma, cum hominem sua ²⁷³ sacra digessit in linea. Vultus Domini præfertur in hominem, ut bestiis, auibus, pecoribus, non homo, sed imago potius imperaret : Cognosce quantum distat inter hominem et pecus, qui homo præponitur, et imperare mandatis. Ita crede secundum Adam Christum, qui homo perfectus esse dicitur, et alter homo, apud ipsum peccus est dictus. Sed quia angeli et homines filii Dei dicti sunt et sicut angeli eum primitus inter omnem creaturam cognouerunt in diuinitate, ita et homines angeli dicti sunt, qui eum plenè cognouerunt in diuinitate, et cognoscunt in humanitate. Ergo ille qui est primus, ipse est, et iste nouissimus. Primum cognitus ab

265. re ajouté en interligne devant tur.

266. a gratté devant creatura.

267. o final très pâle.

268. intellege corr. en intellige.

269. communem operam corr. en commune opus.

270. os final corr. en is.

271. Le scribe a été prescritur.

272. incohatione corr. en inchoationis.

273. suam corr. en sua.

spirituali²⁷⁴ creatura, in diuinitate, et nunc non a carnali²⁷⁴, sed ab spirituali²⁷⁴ creatura, id est interiorem hominem cognoscitur in humanitate.

Illuc dictum est fiat lux et cognoscant angeli Dominum ; hic dictum est ego sum lux mundi, ut cognoscant angelici homines Christum, hominem Deum. Illuc secundo die²⁷⁵ dictum est : Fiat firmamentum in medio aquarum, et diuidant aque²⁷⁶ ab aquis ; hic²⁷⁷ dictum est : Super hanc petram quam cognouisti, Petre, firmabo Ecclesiam meam, et diuidam Sinagogam ab ea. Illuc tertia die dictum est : congregentur aque in congregationem unam, et appareat arida. Hic dictum est, cum ad lauacrum uenisset : Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum²⁷⁸ mundi. Congregate sunt aque alię supra celos, alię in abissum²⁷⁹, alię [fol. 127 a] in maria, tres partes factę sunt, una caelestis, et duę²⁸⁰ terrestres, id est iusti et peccatores. Apparuit terra, de qua terra dictum est : Terra nostra dabit fructum suum. Hic terra cotidie nobis, uberes germinat fructus.

Illuc dictum est in quarta die, fiant luminaria ; hic dictum ego sum lux mundi, et qui ambulat in die non offendit²⁸¹, quia me huius mundi lucem uidet. Illuc²⁸² dictum est in quinta die, producant aque pisces et uolatilia ; Hic dictum est nisi qui renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest uidere regnum Dei. Et sicut me pater misit ad passionem, et ego mitto uos.

Illuc dictum est crescite et multiplicamini et replete terram. Hic dictum est ueę preęnantibus et nutrientibus, et beatę steriles que non genuerunt. In illa crescere et generare mandauit ; in ista continentiam suavit. Illuc circumcisio carnis ; hic lauacrum in ablutione cordis et corporis. Illuc in filiorum prole benedictio credebatur ; hic in uirginitate benedictio et gratia dupliciter datur. Nos tamen sicut coniugia non uetamus, ita nec predicamus.

Scriptum est : Qui habent uxores, tamquam non habentes sint. Nuptię quantum per se bonę²⁸³ sunt, tantum curam rerum que circa illas²⁸⁴ sunt, mala sunt. Qui non habet uxorem, sollicitus est quomodo placeat Deo. Et qui habet uxorem, sollicitus est que sunt mundi, quomodo placeat uxori, et diuisus est ; sed tamen Apostolus ait : Qui se non po-[fol. 127 b]-test continere nubat. Melius est bis et ter cum benedictione nubere, quam cum una corpus suum maculet, in fornicatione. Sed hoc de illo dicimus, qui se non promisit in religionis habitu Deo seruire. Nam si uel leuiter promisit et aliter fecerit, habet damnationem secundum Apostolum, quia primam fidem irritam fecit. Nam quantum distat inter uirginitatem et coniugium, tantum distat inter primas nuptias et secundas.

Scriptum est enim : boues prata depauerunt, porci etiam nonnulla suffoderunt, pars cętera que manebat inlesa. In prato depasto a bobus, coniugia intellexerunt

274. e final corr. en i.

275. secundum diem corr. en secundo die.

276. aquas corr. en aque.

277. hic ajoutę en interligne.

278. a final corr. en um.

279. o final corr. en um.

280. duas corr. en duę.

281. et final corr. en it.

282. c final ajoutę en interligne.

283. bona corr. en bonę.

284. s final ajoutę d'une autre encre.

esse maiores. Etsi nullam florum retinet dignitatem, tamen non amittit uiriditatem.

In porcos, qui suffoderunt campum, hii sunt fornicatores, qui terram corporis sui ²⁸⁵ in luto crudelitatis utiisque uersantur. Pars tertia campi que inlesa dicitur, uirginitas est que floribus lili ²⁸⁶ comparatur. Et quantum distat inter prefectum et mulionem uile ²⁸⁷ mancipium, tantum distat inter uirginitatem et coniugium. Que uirginitas in praedicatione non imperatur, sed suadetur, et laus eius et gloria praedicatur, in uno tamen quasi in uno palatio, ista duorum offitia militant. Sed uirgines animo et corpore habent dignitatem, similem praefectorum. Virginitas uero tanto animo habet ²⁸⁸ dignitatem similem mulionum imperatoris, ordinationes [fol. 127v° a] subsistentes duę dignitates, id est praefectorum et mulionum, uno regi militant, uno simul utuntur carruce ueiculo, mularumque uno trahuntur iugo, uno simul praecedentium utuntur offitio. Sed alia est preciositas praefecti, et alia uilitas mulionis. Perseuerate, o sanctae uirgines, que ²⁸⁹ talem gloriam habetis apud aeternum regem in celis, qualem habent praefecti apud imperatorem in terris. Cum de uirginitate itum fuerit ad coniugium, sic itur quomodo a praefecturae preciositate, ad uilissimam militiam mulionis. Et licet eos unum contineat palatium, uniusque reficiat imperatoris annonam, una aetiam sedeant uterque carruca. Tamen tanta nota, tanta confusionis abiectio, opprimet eum, qui ²⁹⁰ ex praefecto fit mulio, ut ne sit ultra mulio, sed se obtet occidi, ut hic talem consolationem dabant deceptores eius, qualem solent dare uirginum deceptores ²⁹¹. Dicunt namque decepti ²⁹² uirginibus : Quid tristamini quia uxores esse cepistis, alterum Deum habuistis dum uirgines essetis, et modo mulieres alterum ?

Ipsius fuistis ancillę, uirgines ²⁹³ cuius et mulieres. Ipsius Ecclesiam ingredimini ²⁹⁴, ipsius consecrabimini ²⁹⁵ misteriis, ipso signo censerimini ²⁹⁶. Depone ²⁹⁷ tristi-[fol. 127v° b]-ciam animi, quia non gehennę ²⁹⁸ manciparis incendio inter adulterantes personas et ²⁹⁹ fornicantes ³⁰⁰, sed inter coniugii dignitates militię suę gloriam non amittis ³⁰¹, si hoc ipsum quod coniux esse ex

285. corpori suo *corr. en* corporis sui.

286. florum liliis *corr. en* floribus lili.

287. m *final gratté*.

288. habent *corr. en* habet.

289. qui *corr. en* que.

290. quia *corr. en* qui.

291. m *final corr. en* s.

292. s *final gratté*.

293. uirgo *corr. à l'encre noire en* uirgines *par surcharge et ajout de nes en interligne*.

294. ingredieris *corr. en* ingredimini.

295. consecraris *corr. en* consecrabimini.

296. censeris *corr. en* censerimini.

297. is *final corr. en* e.

298. a *final corr. en* æ.

299. et *ajouté en interligne*.

300. personas *gratté après* fornicantes.

301. d *gratté entre a et* mittis ; a *rattaché d'un trait au m.*

uirgine uoluisti, inculpabiliter conseruaueris, sicuti qui ex præfecto mulio³⁰² factus³⁰³ sui consolantur³⁰⁴ :

Quid tristis efficeris ? ipsi³⁰⁵ militas mulio, cui militasti præfectus. Age gratias quia per lumbos³⁰⁶ non tunderis, non animaduerteris gladio, non carceri manciparis. Si tamen hoc ipsum quod effectus es mulio, inculpabiliter ministraueris. Ecce quantum distat inter uirginitatem et primas nuptias. Quia Christus in hunc mundum ueniens, saluare quod perierat, semel fuit ad nuptias, semel præcepit esse nubendum. Quia etsi non pecasset Adam, ad hoc facta ei femina ut filios haberet, et nuptiæ essent in paradiso. Sed tunc quales nuptiæ essent explicare non possumus, quia comparationem in terra unde demus non habemus. Sed quid melius quam de Christo exemplum sumamus ? Christus uirgo, mater eius uirgo. Ioseph iustus, qui secundum carnem, pater eius dicebatur uirgo. Ecce exemplum uirginitatis, ecce exemplum humilitatis et caritatis, ecce exemplum paupertatis et nuditatis. Hos debent imitari³⁰⁷, qui uirginitatem animæ et corporis desiderant habere³⁰⁸. Hii³⁰⁹ erant [fol. 128 a] Aecclesia, hii sunt de quobus³¹⁰ dictum est : *Sequuntur agnum, ubicumque uadit [Ap 14,4].* Et quia multa membra sunt Aecclesiae, et unum corpus, ideo per numerum centum quadraginta quatuor milia esse dicuntur. Multa sunt genera uirginum et multa coniugatorum, multa etiam penitentium, una uita sanctorum omnium, sed secundum laborem diuersa merita præmiorum, quæ in hoc sexti diei curriculo³¹¹, non iam diuisi, sed unum cum patre Adam ingrediuntur paradysum.

Non iam absconduntur nudati sub arbore, sed in stolis albis in una figuntur cruce. In hac sexta aetate saeculi reformatus est agnus humanus³¹², ad imaginem et similitudinem Dei. Et quia duo homines sunt interior et exterior, id est anima et corpus, unus est de limo terrae factus, alter est secundum Deum³¹³ creatus. Vt in omne misterio interioris hominis secundum imaginem creatoris, bonitate, sanctitate perfecti esse possimus, ut apostolus ait : Etsi exterior homo noster corrumpitur³¹⁴, interior renouatur. Ecce habes interiorem hominem secundum Deum creatum ; habes et exteriorem hominem, de limo terrae plasmatum.

Habes interiorem in quo Christus inhabitat³¹⁵, habes exteriorem, qui corrumpitur et dissoluitur. Hic mortalis, ille immortalis, incorporeus, rationabilis, subtilis, æternus, et ideo imago Dei. Habes interiorem hominem congaudentem legi Dei, habes exteriorem, qui opera carnis exercet.

Et quia aliud est imago, aliut similitudo.

302. nem final gratté.

303. um final corr. en us.

304. bu gratté devant ntur ;a rattaché d'un trait au n.

305. ipsius corr. en ipsi.

306. s final ajouté d'une autre encre.

307. e final corr. en i.

308. h ajouté en interligne.

309. hi corr. en hii.

310. quos corr. en quobus.

311. um final corr. en o.

312. um final corr. en us.

313. Deum ajouté en interligne.

314. sed gratté avant interior.

315. n gratté avant le t final.

— ³¹⁶ Diximus enim imaginem in persona [fol. 128 b] esse, similitudinem uero in factis, ut apostolus ait : Imitatores mei estote, sicut et ego Christi. Et alibi ex uoce Dei : Estote sancti, sicut et ego sanctus sum. Videtis ergo similitudinem in sanctitate et ³¹⁷ in bonitate deputari. Denique cum dixisset Deus, faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Postea ait : Et fecit Deus hominem ad imaginem Dei. Non dixit ad similitudinem. Imaginem fecerat in animale Adam, de inuisibilitate, de immortalitate anime. Similitudinem autem reseruauit in Christo, per quem qui ad ³¹⁸ imaginem Dei factus fuerat, iterum ad similitudinem reformaretur in ipso, ut Apostolus ait : Primus Adam in anima uiuente. Secundus Adam, in spiritu uiuificante. Ergo, qui in animam uiuentem factus fuerat, similitudinem necdum acceperat. Qui autem in spiritu uiuificante factus est, in hoc ³¹⁹ similitudo Dei est reformata. Imago enim in uultu est ut supra diximus, similitudo uero in factis. In hac similitudine que est melior et proxima Deo, facile apparet, quod est in ea Deo simile.

Id est diuinum, pulcrum, sincerum, non uarium, non infirmum, non mutabile.

Splendor est enim eternum lumen ³²⁰ Christi, quem in eo habitare dicit Apostolus.

Sed que est ista talis anima quod nomini ³²¹, aut que similitudo, nisi uita celestis spiritalis quam ³²² nulla fedat libido, nec uitium, nec luxuria, nec simulata colorum figmenta [fol. 128v° a] corrumpunt, non auaritia. Hec ergo similitudo cupiditate saeculi non inflatur, non carnis uitio exardescit, non seuitia aut iracundia feruescit, nec inmane crudelitate extridet, que priusquam ³²³ torqueat ipsa torquetur. Sed habet haec similitudo ³²⁴ pium uultum, misericordes oculos, linguam defendentem, beneficam uoluntatem.

Haec ergo optanda nobis est similitudo, que tantam habet gratiam et felicitatem.

Vt quid est pene incredibile non iam homo, sed mutata lege et conditione immortalitatis, Deus appellatur. Et pro qua re dixit Deus. Sed factus non natus, id est beneficio Dei ³²⁵, non natura. Hic ergo celo sideribusque coniunctus, aeternitate pocietur uite celestis, sed ne dubitetis quod dixi, extra hominem Deus. Ipse enim Deus deorum hoc promittit, hoc donat ³²⁶. Labora uincere, ut merearis Deus dici. Quia ergo ait : dixi dii estis et filii excelsi homines. Quod dicitur simile est, tale est, quale pro tothidem ueritas ³²⁷, qua nec recognosci potest simile, nisi habeat imaginem personalem. Et quia similem Deo diximus, ut per opera intelligatur ³²⁸, quia et alibi dicitur, nullus ei similis,

316. Un trait avant diximus pour marquer peut-être le début d'un paragraphe.

317. et ajouté en interligne.

318. Quia corr. en qui ad par ajout de d en interligne.

319. hunc corr. en hoc.

320. interni luminis corr. en eternum lumen.

321. quam nomino corr. en quod nomen.

322. que corr. en quam.

323. quam ajouté sur des lettres grattées.

324. similitudinem corr. en similitudo.

325. Deus corr. en Dei.

326. donauit corr. en donat.

327. ueritatis corr. en ueritas.

328. intellegatur corr. en intelligatur.

In scriptura enim sacra aliquando³²⁹ Deus nuncupatione, aliquando uero essentialiter dicitur, nuncupatiue [fol. 128v° b] dicitur, ut ait : Ecce dedi te Deum Pharaonis. Essentialiter autem Deus dicitur, sicut ipse ad Moysen³³⁰ : Ego sum Deus patris tui, Deus Abraam, et Deus Isaach, et Deus Iacob. Qui enim nuncupatiue dicitur, inter omnia est. Qui uero essentialiter dicitur Deus, super omnia est et unus est.

Dii uero multi sunt. Nulli alii dicuntur dii nisi angeli et homines, et hii angeli mittuntur ad homines. Sed ita sunt circa nos angeli Dei, sicut iudices terreni et parentes optimi. Quia quando iusta opera nos agere uident, laudem circa nos exhibent et fauorem. Quando autem nos iniusta opera facere considerant, non permittuntur³³¹ nos sine flagellis³³² et pena transire. Sed terreni iudices solent muneribus redimi, illi autem nullo censu, nullis muneribus redimi possunt, nisi nostris fletibus. Ille pro sua pietate eorum a nobis iustam indignationem auertat, et latam in nobis pro qualitate facti sententiam suam iubeat indulgentia³³³ inaniri. Quod autem dicimus iratum Deum, considerandum est quod ipse usus nos doceat uerbi causa.

Iratum Deum diximus Pharaonis, et ipsa ira per decem plagas extitit, et omnes inuaserunt eum et penituit aetiam et indulsit Dominus et recesserunt. Cum ergo iratum Deum dicimus, non ipsum irascentem ostendere possumus, sed uelut aerem morbidum seuientem pro hoc, quod uideat contemni Dominum creatoremque suum. Aut ardorem solis, aut pluuiarum inun-[fol. 129 a]-dationes, aut motum terrarum, aut barbarorum furores. Haec omnia, ut dixi, ministerio angelorum Dei fiunt. Cuius bona data, dum a nobis contemnuntur, Deum nobis fatiunt sentire iratum. De sua ira quam ad honorem Domini in suis sensibus excitant, sicut iusti iudices facere solent circa eos quos arguunt. Si aliquis contra uoluntatem regiam cognouerit³³⁴ perpetrasse, iram suam integerrimam seruat³³⁴. Et tunc irati non fiunt, cum reus per supplicationem siue suam siue amicorum regis, potuerit ad eius indulgentiam peruenire. Deus ergo, penitus iram non habet. Iram habere possunt, qui patiuntur quod nolunt. Deus autem nichil potest pati, quod non uult. Et sicut dixi, omnia simul celestia et terrestria, et ea que sunt in mari et in abissis, subiecta sunt angelis³³⁵ Dei. Sicut praefectis et commitibus et tribunis sunt subiecta offitia que ad nutum iudicum suorum alios ad letitiam inuitant, ut gaudeant pro suorum operum qualitate, alios uero trahunt³³⁶ ad supplitia, alios ad uerbera, alios ad custodiam, alios ad interitum et gladium, et ad ignes ire precipiunt. Ita sunt angeli super nos. Ante aduentum Redemptoris nostri inter angelos et homines, discordia erat.

At ubi uenit pax nostra Christus, fecit utramque unam, et sedet super thronum, id est Ecclesiam quam³³⁷ sanguine suo comparauit, et disponet iudicia sua per

329. aliqua corr. en aliquando par ajout de tilde et de do en interligne.

330. ipse dicit gratté après Moysen.

331. permittitur corr. en permittuntur par ajout en interligne de u avec tilde au-dessus de i non supprimé.

332. o final corr. en is.

333. Tilde effacé sur le a final.

334. n gratté devant t final.

335. s final ajouté d'une autre encre.

336. h ajouté en interligne.

337. quem corr. en quam.

angelos et episcopos, uel ceteros sanctos, usque dum ueniat ad iudicium, et ponat rationem cum eis, et cui [fol. 129 b] quantum talenti dedit, requirat. Et pro qualitate laborum, aut premia aut damna retribuatur. Iustis donabit³³⁸ eternum gaudium, impiis uero eternae pene supplitium. Hęc paucis per excessum diximus, qualiter sancti in hoc mundo cognoscerentur, monstraremus.

Ipsud³³⁹ loquimur, Deo nos illustrante³⁴⁰, quod per testamenta firmare possumus, quia quid ante mundum factum fuit, quid aetiam post mundum factum sit, nescimus. Media tantum quę diximus, per auctoritatem tamen firmare possumus. Scriptum est enim in Eisaia.

Anno quo mortuus est rex Ozias, uidi Dominum sedentem super solium excelsum et eleuatum et ea quę sub eo erant, implebant templum. Seraphim quoque stabant super illud³⁴¹, sex alę uni et sex alę alteri. Duabus uelabant³⁴² fatiem eius, et duabus uelabant pedes eius et duabus uolabant et clamabant alter ad alterum, et dicebant: **Sanctus, Sanctus, Sanctus**, Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius, et commota sunt luminaria³⁴³ cardinum, et domus impleta est fumo et dixi: **Veę** michi quia tacui, quia uir pollutus labiis ego sum, et in medio populi polluta labia habentis ego habito, et regem Domini exercituum uidi oculis meis. Et uolauit ad me unus de serafim³⁴⁴, et in manu eius calculus, quę³⁴⁵ forcipe tulerat de altari. Et tetigit os meum, et dixit: **Ecce tetigi hoc labia tua, et auferetur [fol. 129v° a] iniquitas tua, et peccatum tuum mundabitur. Et dixit: Quem mittam, et quis ibit nobis ad populum istum? Et dixi: Ecce ego mitte me. Et ait: Vade et dic populo huic: Aure audietis, et non intelligetis³⁴⁶? Haec omnia ex uoce Aecclesię, locutus est sanctus propheta. Haec omnia potest Eccclesia dicere uel facere, quę tam pretioso pretio est comparata³⁴⁷. Pręmissa storia, spiritualis sequitur intellectus, cuius causa ipsa storia replicata est. Nos uero in commune Dominum deprecemur, ut michi quoque de altari carbo mittatur, et omni peccatorum sorde de terra, primum ut³⁴⁸ possim Dei sacramenta conspicerere, et postea quę uideo enarrare. Esaias uero uiuente leproso rege, quamdiu ille regnum tenuit, oculos non leuauit ad cęlum, nec aperta sunt cęlestia misteria illi³⁴⁹, nec Dominus apparuit, nec in misterio fidei Trinitatis ter, sanctum nomen auditum est. Postquam enim mortuus est rex malus, et quantum in re est sacerdotum³⁵⁰, dissipatum³⁵¹, aperte sibi³⁵² lumina³⁵³ cęlestia prodiderit.**

338. donat *corr. en* donabit.

339. ipsut *corr. en* ipsud.

340. in *initial corr. en* il.

341. illut *corr. en* illud.

342. n *ajouté en interligne devant* t.

343. liminaria *corr. en* luminaria.

344. n *final corr. en* m.

345. quam *corr. en* quę.

346. intellegetis *corr. en* intelligetis.

347. con *initial corr. en* com *d'une encre plus noire*.

348. ut *ajouté en marge*.

349. illi *ajouté dans la marge d'une encre plus noire*.

350. sacerdotium *corr. en* sacerdotum.

351. dissipante *corr. en* dissipatum *par ajout de tum en marge d'une encre plus noire*.

352. sese *corr. en* sibi.

353. lumine *corr. en* lumina.

Sic populus Israel dum Farao uixit, ex luti et lateris et palearum opere non suspirauit ad Dominum.

Dum ille regnaret, nemo quesiuit Deum, patrum Abraham ³⁵⁴, Ysaac et Iacob.

Quando uero ille mortuus est, suspirauerunt filii Israel, et ascendit cla-[fol. 129v° b]-mor eorum ad Dominum, cum tunc magis gaudere debuerant, et ante suspirare cum uiueret ³⁵⁵. Si ergo intelligas ³⁵⁶ in Ozia et Pharaone, et ceteris istius modi, contrarias fortitudines uidebis quomodo illis uiuentibus nullus nostrum uideat Deum aut suspiret et in penitentia corruat. Non regnet ait Apostolus, peccatum in mortali uestro corpore. Quando uoluntati saeculi seruimus, et plus pro corpore quod ³⁵⁷ de terra est quam pro anima que ad imaginem Dei facta est laboramus, hos reges in nos regnantes habemus, et inde Dominum uidere non possumus. Regnante nostro peccato in corpore, Egyptiis extruimus ciuitates, in cinere uersamur et sordibus. Pro frumento paleas, pro solida petra luti opera ³⁵⁸ sectamur. Vidi Dominum sedentem supra thronum excelsum, et eleuatum. Videt duos prophetas, unum in excelso uidit, et unum in ualle. Ipse uidet eum in excelso, qui in hoc saeculo uidet hos reges sibi mortuos et suspirat in penitentia.

Ipse uidet eum in ualle, qui Oziam, et Pharaonem, super se regem habet. Farao est uenter, Ozias sacerdotium simulauit. Sacerdotem significat, qui suo uentri seruit, et sacerdos uult esse, sicut uox diuina dicit : Veniam et sedebo, et iudicabo populum in ualle Iosaphat, quod interpretatur iudicium Domini. Qui peccator est et mei similis, uidit Dominum sedentem in ualle Iosaphat, non in monte, non in colle, sed in ualle, ³⁵⁹ iudicii. [fol. 130 a] Qui uero iustus est et Eysayę similis uidet illum sedentem super thronum excelsum, et eleuatum. Vt autem et in aliud ³⁶⁰ inferam, quando eum mente pertracto regnare thronis, dominationibus, angelis ceterisque uirtutibus, uideo excelsum thronum eius. Quando autem considero quomodo genus dispensat humanum et pro nostra salute semper descendere dicatur ad terras. Video humilem, et terrae proximum thronum eius. Seraphim quoque stabant ³⁶¹ super illud ³⁶², sex ale uni et sex ale alteri. Haec duodecim ale sunt, quod est Aecclesia, in duodenario ³⁶³ constituta. Seraphim quoque ardentes uel incendentes dicuntur, de quo ³⁶⁴ igne saluator ait :

Ignem ueni mittere in terra, et quid nisi ³⁶⁵ uolo ut ardeat ? Duabus ³⁶⁶ uelabant ³⁶⁷ faciem eius, et duabus uelabant pedes eius, et duabus ³⁶⁶ uolabant, et ter sanctus, alter ad alterum clamabant.

354. h ajoutę en interligne.

355. n grattę devant t final.

356. intellegas corr. en intelligas.

357. d final ajoutę en interligne d'une encre plus noire.

358. opere corr. en opera.

359. et in uale grattę avant iudicii.

360. aliut corr. en aliud d'une encre plus noire.

361. n ajoutę en interligne d'une encre plus noire devant t final.

362. illut corr. en illud.

363. duo ajoutę en interligne d'une encre plus noire.

364. qua corr. en quo.

365. quem corr. en quid nisi.

366. duobus corr. en duabus.

367. n ajoutę en interligne devant t final.

De is alis³⁶⁸ per Ezechielem et per Apocalipsin, supra in tercio libro plēnissime explanatum inuenies. Nunc uero quod cēpimus proferamus, quorum quod uerum sit Deum uiderint³⁶⁷, quid uiris simile sequentibus exponemus. Et duabus³⁶⁶ quidem uelabant fatiem, et duabus uelabant pedes, et duabus uolabant.

Velabant fatiem, non suam sed Dei.

Quis enim potest scire principium, qui antequam istud³⁶⁹ conderet mundum, iterum fuerit in ęternitate? Quando thronos, dominationes, potestates, angelos, totumque misterium³⁷⁰ cęleste [fol. 130 b] condiderit. Et duabus uelabant pedes eius, non suos sed Dei. Pes³⁷¹ extrema pars corporis est; extrema quippe eius scire quis potest, quid post consummationem saeculi sit futurum? Quis scit³⁷² postquam genus hominum fuerit iudicatum que sequatur uita, an rursus alia futura sit terra? Et post transitionem alia iterum ęlementa, uel alius mundus? Solque condendus sit? Priora adnuntiate michi, nouissima que futura sunt et dicam quia dii estis.

Ait Eysayas: Significans neminem posse quid ante mundum fuerit et quid post mundum futurum sit enarrare. Et duabus³⁶⁶ uolabant et clamabant alter ad alterum, et dicebant ter Sanctus. Duo qui clamabant, Lex est et Eūangelium. Per hos ergo media tantum cognoscimus, que scripturarum nobis lectione panduntur, quando mundus factus est, quando homo plasmatus sit, quando diluuium, quando lex data sit, ut ex uno homine uniuersa terrarum spatia completa sint, et in extremo tempore Dei Filius pro nostra salute sumpserit carnem. Cętera uero que diximus et³⁷³ ista, duo seraphim in fatie pedibusque texerunt. Et clamabant alter ad alterum. Pulcre positum est, alter ad alterum. Quicquid enim in Veteri legimus Testamento, hoc idem in eūangelio reperimus. Et quod in Eūangelio [fol. 130v^o a] fuerit latitatum, hoc in Veteris³⁷⁴ Testamenti auctoritate deducitur. Nichil in eis dissonum, nichil diuersum est. Et dicebant: **Sanctus, Sanctus, Sanctus**, Dominus Deus Sabaoth; In ambobus Testamentis, Trinitas predicatur. Quod autem Sabaoth et Saluator noster esse dicatur, accipe exemplum³⁷⁵ in uicesimo tertio psalmo. Virtutes que Dominum ministrabant cęlestibus alis³⁷⁶ fortitudines proclamant, ut pandant ianuam Domino reuertenti. Tollite portas principes uestras³⁷⁷ et introibit rex gloriae.

Rursus ille fortitudines³⁷⁸, quia indutum carne Christum conspiciunt, nouo misterio obstupefacte interrogant: Quis est iste rex gloriae? Accipiuntque responsum: Dominus uirtutum, ipse est rex glorię, plena est uniuersa terra gloria eius. Hoc adhuc ad seraphim dicitur, de aduentu Domini Saluatoris. Quomodo in omnem terram predicatio illius porrigatur, et apostolorum sonus

368. as alas *corr. en is alis.*

369. istut *corr. en istud.*

370. ministerium *corr. en misterium.*

371. pedes *corr. en pes.*

372. quid sit *corr. en quis scit.*

373. et *ajouté dans la marge d'une encre plus noire.*

374. s *final ajouté d'une autre main.*

375. o *final corr. en um.*

376. ad cęlestes alas *corr. en cęlestibus alis.*

377. uestri *corr. en uestras par surcharge et ajout de s en interligne.*

378. is *final corr. en es.*

mundi limites periberet et eleuatum est super luminare³⁷⁹ a uoce quam clamabant. Legimus in Veteri Testamento, quod semper Dominus Moysi et Aaron ad ostium tabernaculi sit locutus, cum ante Eūangelium eos necdum in Sancta sanctorum induxerit, sicut Aecclesia postea introducta est, dicens : Introduxit me rex in cubiculum suum. Quando ergo Dominus noster descendit ad terras, super liminare³⁸⁰ illud³⁸¹ eleuatum est. In greco sublatum dicitur, [fol. 130v° b] id est quasi quoddam obscurum intrare cupientibus sublatum est, et uniuersus hic mundus impletus est mundo, id est gloria Domini, et Deus ignis est consumens ; hic qui in Syna monte descendisset ad Moysen. Ad aduentum eius uidebantur lampades discurrentes et plenus omnis mons fumo. Vnde in psalmo dicitur : Qui tangis montes, et fumigabunt. Ex igne ergo quoniam totam substantiam capere non possumus, leuior quēdam uniuersum mundum, ut ita dicam rarior fumi natura dispergitur quam nos capientes dicamus. Ex parte cognoscimus, et ex parte prophetamus. Et nunc uidemus, et in speculo³⁸² et in enigmate. Ergo primus ubi sit hoc incendium salutare, nulli dubium quia in sacris uoluminibus, ex quorum lectione uniuersa omnium uitia purgantur. Et Eccclesia quod est domus Dei, per scripturas impleta est fumo ; et dixi : Vē michi quia tacui. Vide quia Eṣaias tantum³⁸³ in sermone peccauerat, et inde labia habebat inmunda. Et quantum ego arbitror, qui Oziam regem in templum ruentem non corripuerit. Quia postquam obierat Zaccarias sacerdos, uolens per se offerre donaria sacerdotalem³⁸⁴ ordinem³⁸⁵, non tam pię quamquam audaciter inuasit.

Et reclamantibus leuitis et sacerdotibus, nonne tu es Ozias rex et non sacerdos, audire noluit ? statimque lepra in fronte perfusus est. Hic intelligitur cum alii³⁸⁶ clamassent, Eṣayas tacuit, et inde post eius mortem polluta labia conspexit [fol. 131 a] dicens : Vē michi quia tacui. Eṣayas ut iustus tantum in sermone peccauerat ; ideo sola labia habebat inmunda. Ego ut loqui et oculis uideo ad concupiscendum, etsi animo scandalizor et pede, et omnium membrorum partem delinquo, inmunda habeo omnia. Et quia simul Spiritu babtizatus tunicam pollui, secundi babtismatis purgatione, id est ignis indigeo. Non sicut quidam putant, in scripturis uerba simplicia. Primum in his absconditum est, aliud³⁸⁷ littera, aliud³⁸⁷ mysticus sermo significat. Ecce Dominus in Eūangelio cingitur linteo, peluim ad lauandos pedes discipulorum pęparat, serui fungitur ministerio, et hoc ut doceat humilitatem³⁸⁸, ut nobis inuicem ministremus. Non abnuo, non recuso. Quid est quod Petro recusanti dicit : nisi lauero pedes tuos, non habebis partem mecum. Et ille respondit : Non solum pedes sed et manus et capud³⁸⁹. Ascensurus Dominus ad cęlum, quia apostoli ut homines terre

379. liminare *corr. en* luminare.

380. luminare *corr. en* liminare.

381. illud *corr. en* illum.

382. *in ajoutę dans la marge.*

383. totum *corr. en* tantum.

384. *i final corr. en* em.

385. ordine *corr. en* ordinem *par ajout de tilde.*

386. *s final grattę.*

387. aliut *corr. en* aliud.

388. *Tilde sur le e final à peine visible.*

389. capud *corr. en* capud.

insistentes, adhuc habebant peccatorum sordibus pollutos pedes, Vult eos a delictis pēnitus liberare, ut ei possent prophetali sermone³⁹⁰ congruere; quam speciosi pedes euangelizantium pacem, et imitari³⁹¹ ualeant³⁹² Eccclesie uerba dicentis: Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Vt etiam si quis post resurrectionem, postea his asserit³⁹³ puluerem pedum³⁹⁴ excutere³⁹⁵, in³⁹⁶ testimonium laboris. Quod eo usque pro omnium salute contenderint. Facti Iudēis ut Iudēi, genti-[fol. 131 b]-libus, ut gentiles. Vt etiam priora uestigia, aliqua ex parte polluerint³⁹⁷. Igitur ut ad p̄positum reuertamur sicuti apostoli purgatione³⁹⁸ indigebant pedum, ita Ēsayas purgatione³⁹⁸ labii dignus efficitur. Populus uero non solum non agens pēnitentiam, sed nesciens quidem quia Ēsayas labia habebat immunda, purgationis remedium non meretur. Propheta uero qui se in labia deliquisse cognouit, angeli³⁹⁹ carbonem⁴⁰⁰ ad sua⁴⁰¹ purganda⁴⁰¹ labia⁴⁰¹ sensit. Nos uero, quia primam sententiam sequimur, euangelicum testamentum asserimus⁴⁰². Missum propheta⁴⁰³ quod habens in se, utraque mandata ex ueteris testamenti ignito⁴⁰⁴ sermone⁴⁰⁵ Dei, duplici p̄ceptorum acie conprehendit, et, tactis labiis, quicquid fuerat ignorantiae purgabit. Hoc si quidem nos labia interpretamur⁴⁰⁶ immunda, purgationis sue pepulit ueritate. Hanc forcipis⁴⁰⁷ Iacob in se alam conspicit, hic est gladius bis acutus. Hęc duo minuta, quę mulier uidua mittit in dona Dei. Hic in stater duos denarios habens quę in ore piscis repertur pro Domino et Petro redditur. A duplici quae unione, retinetur uirtutem. Carbo conprehensus mittitur ad prophetam, quem in centesimo nono decimo psalmo, cum propheta Dominum rogaret, dicens: Domine libera animam meam a labiis iniquis, et a lingua dolosa. Et post interroga-[fol. 131v° a]-tionem Spiritus Sancti. Quid detur tibi aut quid adponatur tibi, ad linguam dolosam?

Dictum est: Sagittę acutę potentis, cum carbonibus desolatoris⁴⁰⁸. Scimus prophete esse concessum, uere, quippe est⁴⁰⁹ desolator carbo, qui linguam puram facit a peccato. Sermo diuinus est, de quo dicitur. Habes carbones ignis sedebis super eos; hii erunt tibi in adiutorium. Ecce qualiter habet labia purgata,

390. ne ajouté en interligne.

391. e final corr. en i.

392. n ajouté en interligne avant t final.

393. ad initial corr. en as.

394. pedum ajouté d'une autre main sur un mot gratté.

395. excutiant corr. en excutere.

396. Un mot gratté avant in.

397. Le second l ajouté en interligne peut-être de la même main.

398. em corr. en e par suppression du tilde.

399. angelum corr. en angeli.

400. e final corr. en em par ajout de tilde.

401. suam corr. en sua par suppression du tilde.

402. ad initial corr. en as.

403. Tilde effacé sur le a final.

404. ignitum corr. en ignito.

405. sermonem corr. en sermone par suppression du tilde.

406. mus final corr. en mur.

407. forcipe corr. en forcipis.

408. riis corr. en ris.

409. est ajouté dans la marge.

qui mortuo rege Ozia, uel Pharaone, suspirat in penitentia. Ipse est Aecclesia, ipse et centum quadraginta quattuor⁴¹⁰ milia. Et quia calculando per numerum Deo praecedente explanabimus omnem mundum ; nunc recurramus ad ipsum numerum, quem sanctus Apostolus audisse testatur dicens :

Audiui numerum signatorum, centum quadraginta quattuor milia signati, ex omni tribu filiorum Israel [Ap 7,4]. **Jam** supra diximus CXLIII milia, omnem esse Aecclesiam. Sed quanti sint numerati dicuntur, et quales sint ad imaginem et similitudinem Dei requiruntur, qui non quemlibet sanctorum imitando, sed ipsam ueritatem contemplabiliter intuendo operantem iusticiam, ut ipsam intelligat⁴¹¹ et sequatur, ad cuius imaginem et similitudinem factus est ueritatis, et quales cognoscere debeat iam supra diximus. Ceterum de numero⁴¹² signatorum, in fine mundi cum Iudæa ad fidem uenerit, per duodena milia, CXLIII^{or} 413 milia uirginum, de Israel esse creduntur. Etsi uir-[fol. 131v° b]-ginum tanta fuerit multitudo⁴¹⁴, putas non uirginum quanta erit? Verum quia per numerum diximus et per senarii numeri perfectionem esse explanauimus, nunc de senario duplicato duodecim fiunt. Hęc est Aecclesia in duodenario numero constituta, id est apostoli ; et duodecies duodecim, CXLIII sunt. Quia omnis Aecclesia, ut supra dictum est, CXLIII^{or} 413 milia sunt. Et CXLIII milia, duodenario numero proficiunt⁴¹⁵. Bis duodeni. XXIII^{or} 413 fiunt. Hii sunt, XXIII^{or} 413 seniores, decies⁴¹⁶ XII fiunt CXX. Hii CXX^{ti} 417 anime, super quas Spiritus Sanctus descendit igneis linguis in Pentecosten. Hęc est prima Ecclesia, quę fundata primum est, supra Christum petra. Super quam, fundamentum aliud⁴¹⁸ nemo potest ponere preter id quod positum est, quod est Christus Ihesus. Hic est fundamentum etiam totius Aecclesię membrorumque⁴¹⁹ exemplum, quisquis⁴²⁰ in hoc exemplo⁴²¹ non est, in fundamento non est, nec templum non est. Hos mensurat cum arundine, hos non excludet foras, quia ipse est templum celestis Iherusalem. Ad hos CXX adde XXIII seniores, fiunt CXLIII^{or} 422. Et ut perficias CXLIII milia, per singulos duodecim pone duodena milia, id est, pro uno duodecim milia, et pro altero sic, quousque compleas duodecim, et inuenies per summa CXLIII^{or} 423 milia⁴²⁴. Et hęc est omnis omnino Aecclesia, quę in toth numero membrorum [fol. 132 a] esse creditur fundata, quod est Christus supra firmissimam petram? Nam sanctorum numerus innumerabilis esse peribetur, propheta adtestante : Michi autem nimis honorificati sunt amici tui, Deus ; ualde confortatus est principatus eorum, dinumerabo eos et super arenam multiplicabuntur. Christo

410. quottuor corr. en quattuor.

411. intellegat corr. en intelligat.

412. um final corr. en o.

413. or ajouté en interligne.

414. multitudo ajouté en interligne d'une autre main.

415. un ajouté en interligne avant le t final.

416. duo gratté devant decies.

417. ti ajouté en interligne.

418. aliut corr. en aliud.

419. que ajouté d'une autre main.

420. quicquid corr. en quisquis.

421. um final corr. en o.

422. Un mot gratté après CXLIII.

423. IIII ajouté en interligne.

424. Une ligne et demie grattée entre milia et et.

quem ⁴²⁵ nichil latet numerati sunt, qui ad imaginem et similitudinem requirantur. Nobis tamen innumerabiles sunt, quia super arena multiplicati sunt, sicut dicit :

Post haec uidi et ecce turba multa quam dinumerare nullus poterat ex omni tribu, et gente, et populis et linguis [Ap 7,9]. Non dixit post hæc uidi alium populum aut aliam turbam, sed uidi populum, id est eundem quem uidi in misterio, CXLIII milia. Hunc uidi modo innumerabilem et quem uidi ex omni tribu filiorum Israel.

Ipsa est turba multa ex omni tribu et populo et gente et lingua. Quid est centum XLIII milia exposuit dicens : innumerabilem, et quid sit ex omni filiorum Israel, exposuit dicens : ex omni gente et tribu et populo et lingua, omnis enim natio, gentes, tribus, populus et lingua, qui ad fidem ueniunt, in hac radicem inseruntur, et fit ipse qui uenit duodecim tribus Israel. Dominus enim in Euaangelio manifestat totam Ecclesiam, siue ex Iudeis siue ex gentibus, XII^{cim} ⁴²⁶ [fol. 132 b] tribus Israel esse dicens : Vos qui secuti estis me sedebitis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel. Cum manifestum sit omnem Ecclesiam iudicaturi, qui est ex omni gente, non ex ⁴²⁷ sola circumcissione. Apostolus ⁴²⁸ denique introitum gentium Israel dixit implere. Donec plenitudo gentium intret, et sic omnis Israhel saluus fieret. Vt autem ostenderet CXLIII milia ipsa esse sine numero, et duodecim tribus Israel ipsas ⁴²⁹ esse omnes gentes tacuit. Centum XLIII^{or} ⁴³⁰ milia et populum innumerabilem solum dixit stolatum albis, tersum ⁴³¹ lacrimis, et ⁴³² remuneratum. Non ut quidam putant isti sunt infantes quos Erodes occidit ⁴³³, quod impletum esse non est laboris ostendere. Illi enim tantum ex tribu Iuda fuerunt, isti autem ex omni tribu et gente et lingua. **Stantes, inquit, in conspectu ⁴³⁴ throni, et in conspectu agni amicti stolis albis ⁴³⁵, et palmę in manibus eorum, et clamabant uoce magna dicentes : Salus Deo nostro, sedenti in throno et agno, et omnes angeli stabant in circuitu throni, et seniorum, et quatuor animalia [Ap 7,9-11].** Et quid esset ipsa turba, exposuit dicens : Et omnes angeli stabant. Nichil ⁴³⁶ est enim quod præter Aecclesiam describat. Quod autem ait, palmę in manibus eorum. Nec inmerito [fol. 132v° a] iustorum uita palmę comparatur, quia scilicet palma ⁴³⁷ inferius tactu aspera est ? et quasi aridis corticibus obuoluta.

Superius uero, et uisu et fructibus pulcra.

425. cui corr. en quem.

426. cim ajouté en interligne.

427. Un mot gratté entre ex et sola.

428. Un mot gratté après apostolus.

429. s final ajouté d'une autre main.

430. or ajouté en interligne.

431. et abstersum corr. en albis, tersum.

432. et ajouté dans la marge.

433. d ajouté en interligne.

434. in conspectu répété, puis exponctué.

435. stolas albas corr. en stolis albis à l'encre noire.

436. l final ajouté d'une encre plus noire.

437. e final corr. en a.

Inferius corticum suarum inuolutionibus angustatur, sed superius ⁴³⁸ amplitudine pulchrę uiriditatis expanditur. Sic quippe est electorum uita, dispecta inferius, superius pulchra. Iuxta terra ista, id est in ima, quasi multis corticibus obuoluitur ; dum innumeris tribulationibus angustatur. In summa uero illa eternitate, quasi pulchrę uiriditatis foliis, amplitudinem retributionis expanditur. Habet quidem aliud ⁴³⁹ palma, quod omnium arborum generibus differt. Omnis namque arbor in suo robore iuxta terra uasta substitit, sed crescendo superius angustatur. Et quantum paulisper sublimior, tantum in altum subtilior redditur.

Palma uero minoris amplitudinis iuxta terram ⁴⁴⁰ et iuxta ramos ac fructus, ampliori robore exurgit. Et quę tenuis ab imis proficit, uastior ab summa subcrescit. Quibus itaque alia arbusta, nisi terrenis mentibus et terrena lucra desiderantibus inueniuntur esse similia ? In ac uita uasta in illa uita angusta, quia sine dubio omnes huius saeculi amatores, in terrenis rebus fortes sunt, in celestibus debiles. Nam pro temporali gloria, usque ad mortem desudare appetunt, et pro spe perpetua, nec ⁴⁴¹ parum quidem in labore [fol. 132v° b] subsistunt. Pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerant, et pro celesti mercede, uel tenuissimi uerbi ferre contumelias recusant. Terreno iudicio tota etiam die assistere ⁴⁴² fortes sunt, in oratione uero coram Domino, uel unius horę ⁴⁴³ momento lassantur. Sępe nuditatem, deiectionem, famem, pro acquirendis diuitiis atque honoribus tolerant, escarum se abstinentia cruciant, atque adipiscenda lucra festinant, superna autem laboriosa querere ⁴⁴⁴ tanto magis dissimulant, quanto ea retribuui tardius putant.

Hii itaque quasi arborum dorsum uasti sunt, sursum uero angusti. Quia fortes in ⁴⁴⁵ inferiora subsistunt, sed ad superiora defitiunt. At contra ex qualitate palmarum designatur proficiens uita iustorum, qui nequaquam sunt in terrenis studiis fortes, neque in celestibus ; sed longius atque distantius studiosos se Deo exhibent, quam saeculo fuisse meminerunt. Nam quibusdam per predicatorem nostrum dicitur : Humanum dico, propter infirmitatem carnis uestrę.

Sicut enim exhibuistis membra uestra seruire inmunditię et iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra uestra seruire iusticię in sanctificationem, eorum sine dubio infirmitati condescenditur, ac si ⁴⁴⁶ apertius diceretur : Si nequaquam amplius potestis, saltem tales estote in fructu bonorum operum, quales fuistis antea in actione uitiorum. Ne debiliores uos habeat sancta libertas, quos in carne ualidos habuit usus terrene uoluptatis. Sunt uero non-[fol. 133 a]-nulli, qui cum celestia appetunt, atque huiusmodi facta noxia derelinquunt, ab iniqua cogitatione sua cotidie inconstantię pusillanimitate deficiunt, quibus hos nisi arboribus similes dixerim, qui nequaquam tales superius surgunt, quales inferiuntur oriuntur ?

438. supe séparé de rius par une déchirure du parchemin.

439. aliud corr. en aliud.

440. incohat gratté après terram.

441. c final ajouté en interligne d'une encre plus noire.

442. ad initial corr. en as.

443. h ajouté en interligne et ę écrit d'une encre noire.

444. in gratté devant tanto.

445. in ajouté en interligne d'une autre main.

446. eis gratté après si.

Hii quippe in conuersatione uenientes, non tales quales ceperint, perseuerant, et quasi more arborum in⁴⁴⁷ inchoatione uasti sunt, sed tenues crescunt, quia paulisper argumenta temporum, patiuntur detrimenta uirtutum. Mollitur quippe in eis desideria superna languescunt. Et qui robusta ac fortia proposuerant, debilia atque infima consumant; Dumque ætatis augmento proficiunt, quasi flexibiles crescunt. Palma uero, sicut dictum est uastior⁴⁴⁸ in summitate est, quam esse ceperit qualitatis ex radice. Quia saepe electorum conuersio plus finiendo peragit, quam proponit inchoando⁴⁴⁹. Et si tepidius prima inchoat⁴⁵⁰, feruentius extrema consummat. Videlicet semper inchoare⁴⁵⁰ se extimat, et propterea infatigabilis in nouitate perdurat. Hanc scilicet iustorum constanciam, propheta intuens ait: Qui confidunt in Domino, mutabunt fortitudinem, et assumunt⁴⁵¹ pennas ut aquile. Current et non laborabunt, ambulabunt et non deficient. Mutant quippe fortitudinem, quia fortes student esse in spirituali opere, qui ante fuerant fortes in carne. Assumunt⁴⁵¹ pennas ut [fol. 133 b] aquile, quia contemplando uolant. Currunt et non laborant⁴⁵², quia uelocibus magna celeritate praedicant. Ambulant et non deficient⁴⁵³, quia in intellectus sui uelocitatem retinent, ut tardioribus conscendant. In cunctis uero bona que accipiunt, quanto aliis libenter accomodant, tanto ipsii⁴⁵⁴ incommutabiles in nouitate perdurant. Et qui tenues a radice inchoationis⁴⁵⁵ exeunt, fortes in culminis perfectione conualescant, sicut dicit: *Et*⁴⁵⁶ *ceciderunt in conspectu throni et in conspectu agni in faties suas, et adorauerunt eum dicentes amen. Benedictio et claritas et sapientia et gratiarum actio et honor et uirtus et fortitudo Deo nostro, in saecula saeculorum, Amen* [Ap 7,11-12]. Vt ostenderet turbam innumerabilem quam uidit stantem in conspectu throni, ipsos esse angelos qui ceciderunt in faciem, et adorauerunt. Neque ipsam turbam, neque animalia, neque seniores hoc loco dixit adorasse, sed solos angelos, ipsi angeli ipsi sunt turba, ipsi seniores et animalia, ipsi prociderunt et adorauerunt Deum. *Et respondit unus ex senioribus dicens michi: Isti qui amicti sunt stolis*⁴⁵⁷ *albis*⁴⁵⁷, *qui sunt et unde uenerunt? Et dixi*⁴⁵⁸ *illi: Tu scis Domine* [Ap 7,13-14]. Vnus ex senioribus, Aecclesia est. Vnus unum perdocet, id est Ecclesiam Ecclesia. Vnus alteri adnuntiat⁴⁵⁹, quid sit remuneratio laboris sanctorum, dicens: [fol. 133v° a] **Hii sunt qui ueniunt ex magna tribulatione, et lauerunt stolas suas et candidas eas fecerunt in sanguine agni** [Ap 7,14]. Non ut aliqui putant martires soli sunt, sed omnis Ecclesia. Non enim in sanguine suo lauisse dixit stolas, sed in sanguine agni, id est in gratia Dei per Christum, sicut scriptum est: Et sanguis filii eius, emundat nos. **Propterea**

447. in ajouté en interligne.

448. is final gratté.

449. h ajouté en interligne.

450. h écrit d'une autre main sur une lettre grattée.

451. ad initial corr. en as.

452. laborabunt corr. en laborant.

453. deficient corr. en deficiunt par ajout de u en interligne, sans suppression du e.

454. Le dernier i ajouté à l'encre noire.

455. inchoationis corr. en inchoationis.

456. Une lettre grattée entre E et t.

457. as final corr. en is.

458. t final gratté.

459. n gratté devant le t final.

sunt in conspectu throni Dei, et seruiunt illi die ac nocte, in throno eius [Ap 7,15]. Id est, in lege Domini meditantur dię ac nocte in throno eius, id est in Eęclesia. **Et qui sedet in throno, habitat** ⁴⁶⁰ **super eas** ⁴⁶¹ [Ap 7,15]. Et ipsi eius ⁴⁶² throni sunt, super quos habitat Deus. **Et nunc et semper et in secula non esurient amplius, neque sitient** [Ap 7,16].

Sic Dominus dicit : Ego sum panis uite ; qui uenit ad me non esuriet, et qui credit in me, non sitiet umquam. Et iterum :

Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in eternum ; sed erit in illo fons aque salientis, in uitam ęternam. **Neque cadet super eos sol, neque omnis aestus** [Ap 7,16]. Sic per Esayam dicit Deus de Eęclesia ⁴⁶³ : Erit in umbra ab estu in tecto, et in abscondito, a duritia, et imbre. Et iterum : Per diem sol non uret, neque luna per noctem. Sol Christus est ; qui in Christo offendit, sol ustulat eum per diem. Luna Eęclesia est. Qui in Eęclesia offendet, luna uret eum ⁴⁶⁴ per noctem. Virtutem sacramentorum dicit in suis uigere ⁴⁶⁵, nec aliqua solis et lune aduersa ⁴⁶⁶ deceptione res-[fol. 133v° b]-tinguit *quoniam agnus qui sedet in medio throno pascet eos* [Ap 7,17]. Agnus, Christus est. Agnum dixerat accepisse a Sedente in throno. Hic agnus ⁴⁶⁷ in medio throni, reuera Christus est in medio Eęclesie. Ipsa est thronus eius, cum qua resurrexit in throno. **Et deducet eos ad uite fontes aquarum** [Ap 21,6] **sicut ipsa Eęclesia dicit**. Dominus regit me, et nichil michi deerit, in loco uiride ibi me collocauit. Super aquam refectionis ęnutriuit me. Item per Eęsayam : In omnibus uiis pascentur, et in omnibus semitis pascua illorum. Non esurient, neque sitient, et non percutiet eos ęstus et sol, quia miserator eorum teget eos, et ad fontes aquarum potabit illos. Et ponam omnes meos in uia, et omnem semitam in pascua illis. **Et delebit Deus omnem lacrimam ab oculis eorum** [Ap 7,17]. Omnia hęc spiritualiter ueniunt Aecclesię, cum dimissis peccatis resurgimus, et ueterem hominem prioribus ⁴⁶⁸ expoliamus. Christum induimus, et gaudio ⁴⁶⁹ spiritus implemur. Huiusmodi namque uita, sic Dominus promittit Eęclesię. Ecce ego fatiam Iherusalem in ilaritatem, et plebem meam in iocunditatem, etiam non audietur in illa uox plorationis, neque uox clamoris, et non erit illic iam maturus et senior, qui non implebat ⁴⁷⁰ tempus suum. Quoniam puer centum annorum morietur, et peccator centum annorum maledictus erit. Edificabunt domos et ipsi habitabunt et plantabunt uineas et ipsi bibent uinum earum. Ista omnia spiritalia sunt in Eęclesia, quia non [fol. 134 a] mundi culturas cuius labores frequenter exaniuntur in cursibus. Quoniam puer centum annorum morietur, omnis enim qui ignorantia ęcicitatis ⁴⁷¹ ambulat, et

460. bi gratté devant le t final.

461. eis corr. en eas.

462. enim corr. en eius.

463. m final gratté.

464. eum écrit en interligne de la même main.

465. t final gratté.

466. e final corr. en a.

467. hunc agnum corr. en hic agnus.

468. prioris corr. en prioribus.

469. um final corr. en o.

470. implebit corr. en implebat.

471. te final corr. en tis.

quid ei future ⁴⁷² eueniat ⁴⁷³ non considerat, licet ad centum annos moriatur, puer est. Et peccator centum annorum maledictus erit.

Omnis enim qui quod rectum est intelligit, et operari ⁴⁷⁴ pigrescit, maledictus erit.

Omnis enim sexus et etas in etatem Christi babtizatur sicut apostolus dicit : IN uirum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi. Qui moritur autem peccator licet babtizatus et sapiens uideatur, maledictus erit. Ne quis putaret, quod omnis multum uiuens, benedictus sit.

Secundum primam promissionem ut bene tibi sit, et sis longi temporis super terram. Concludit utramque narrationem septimo sigillo, quod ⁴⁷⁵ preterierat, et recapitulat ; Quia supra ⁴⁷⁶ in sexto sigillo fecerat finem et recapitulauerat, nunc uero inchoat ⁴⁷⁷ septimum sigillum.

EXPLICIT SEXTI SIGILLI EXPLANATIO.

INCIPIT EXPLANATIO SIGILLI SEPTIMI.

Et ⁴⁷⁸ cum aperuisset sigillum septimum, factum est silentium in celo [Ap 8,1], sed partim silentii uidit, quia eadem uisionem adhuc plus plenius uisurus erat. Quod in hoc septimo signo non uidit tantum, quantum adhuc futurus erat uidere. Et ut ei apertius multa ostenderentur, interruptum est silentium. [fol. 134 b] Quod si esset iugis locutio, non esset finis serui, hic uidendum est, narrandi finem facere. Hunc uero recapitulat ab ⁴⁷⁹ Christi passione eadem aliter dicturus.

EXPLICIT LIBER QUARTVS.

472. a final corr. en e.

473. n gratté devant le t final.

474. e final corr. en i.

475. d ajouté d'une autre main.

476. supra ajouté en interligne.

477. h écrit sur une lettre grattée.

478. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur deux lignes.

479. b ajouté en interligne.